

Med. Chir. Dr. Seb. Furtner

Dr. Hartner
Physicus, pract: Arzt [illegible]
1806.

APPARATUS
AD NOSOLOGIAM METHODICAM,
SEU
SYNOPSIS
NOSOLOGIAE METHODICAE
In Usum Studiosorum.

Auctore GULIELMO CULLEN
M. D. Et in Acad. Edinburg. Prof.

Editio nova, juxtà secundam Ill. CULLENII in quatuor partes Edinburgi ann. 1772. editam: nunc quintâ parte aucta, *Scilicet*

SYSTEMATE MORBORUM SYMPTOMATICO A J. B. M. SAGAR proposito.



AMSTELODAMI,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LXXV.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

LECTORIBUS

GULIELMUS CULLEN

S.

CUM biennio abhinc ad medicinae praxin, in Alma hac Academia, docendam admotus eſſem, id imprimis mihi demandatum putavi, ut medicinae ſtudioſos in morbis accurate dignoſcendis, qua cura poſſem, inſtituerem. Quod a deſcriptionibus et hiſtoriis morborum jam editis vix perdiſci poſſe mihi perſuaſum eſt. Harum enim auctores, quo eas pleniores et abſolutas magis efficerent, ſymptomata, in morbo dato, quaecunque, quovis tempore apparentia, enarrant; nec tamen inter ſymptomata eſſentialia et inſeparabilia, et ea quae occaſionalia tantum ſunt; aut morbum quemvis ſimplicem inter et eundem aliis complicatum diſtinguunt; quod practico juniori ſaepe multum faceſſit negotii.

Cui malo ut remedium adhiberem, nihil conſultius fore duxi, quam ſi morbos, quoſcunque poſſem, ad normam Noſologiae methodicae ordinatos definirem. Hoc quidem ipſum multi laboris opus, et difficultatibus pluribus impeditum, eſſe vidi; ſed illae ipſae difficultates neceſſitatem operis aggrediendi mihi abunde probabant. Si enim ſpecies morborum hactenus incertae, et inter ſe vix bene diſtinctae ſint; omnino opus eſt, ut jam de ſymptomatis unicuique

propriis accuratius diſquiramus, et a ſpeciebus invicem collatis aliquid certi demum ſtatuamus: Eſtque hoc Noſologiae methodicae proprium.

METHODUM noſologicam frivolam, et curioſitatis affectatae plenam, quibuſdam videri novi; nec injuria, ſi in diſpoſitione totius ſyſtematica, in diſtinctionibus multiplicandis, et in novis nominibus effingendis, potius quam in characteribus cujuſque ſingularis morbi ſtabiliendis, opera ponatur. Dummodo vero ab ineptiis caveatur, diſpoſitio totius ſyſtematica haudquaquam negligenda eſt; nam in ea, ſi ad characteres ſingularium melius determinandos ſemper reſpicitur, nullam de diſpoſitione ſyſtematica quaeſtionem oriri poſſe, quae non alicujus in pathologia momenti ſit, contendo. Hic quidem rem aliter ſe habere agnoſco ac in pictura vel poeſi, ubi recte ponere totum maxima laus eſt; cum in Noſologia, ſi in generibus et ſpeciebus definiendis, et a proximis quibuſque diſtinguendis, ſatis accurati fuerimus, claſſes et ordines minus ad amuſſim conſtitui haud adeo refert.

CUM mihi igitur bene perſuaſum ſit, prudentem Noſologiae methodicae cultum multum commodi ſtudioſis allaturum, ad hoc ſtudium promovendum me accinxi; et, biennio abhinc, ſynopſin eorum quae, in generibus morborum definiendis, a ſummis viris SAUVAGESIO, LINNÆO, et VOGELIO jam facta eſſent, edidi; ſimul, quo genera morborum, praecipua ſaltem, plenius et accuratius definirentur, ipſe aliquid de meo promere ſum conatus. Syſtema, morbos univerſos complectens, condere difficile admodum, nec, a me ſaltem, temere ſuſcipiendum inveni;

ideo-

ideoque, non quae volui, ſed quae cum aliqua certi ſpe-cie potui, tentavi. Immo exiguum illud, quod feci, non prorſus mihi placet; et quorundam dubius adhuc haereo. Hoc autem me ad inceptum opus promovendum incitabat, quod conamina noſtra, qualia qualia ſint, principibus quibuſdam viris placuiſſe, et auditoribus noſtris utilia fuiſſe animadverti.

DISCIPULI noſtri in generibus morborum duntaxat diſtinguendis immorari non debent; quin ad ſpecies et varietates cognoſcendas etiam progrediantur. Cum igitur ad praxin iterum docendam, ut altero quoque anno faciendum eſt, redii, aliquid ad Noſologiae ſtudium ulterius promovendum tentare ſtatui. Id praecipue mihi in votis erat, ut ex proprio penu ſpecies et varietates morborum pleraſque ipſe definirem. Sed, ad penſum hoc abſolvendum, protinus ſenſi, nec ſcriptorum medicorum notitiam, nec meam ipſius experientiam, ubique ſufficere; et, licet ad bibliothecas bene inſtructas aditus mihi pateret, ob defectum tamen librorum quorundam, me ſaepe impeditum fore; maximeque tempus neceſſarium, aliis mihi negotiis quam plurimis diſtricto, defuturum comperi. Tollenda igitur, pro tempore, de tabula manus erat. Cum interim diſcipulis noſtris, ad morborum ſpecies ex Noſologiae methodicae legibus cognoſcendas, ſolum ſuppeteret SAUVAGESII opus; id aliquanto, quam nunc eſt, utilius reddere decrevi. Quam bene de republica medica meritus SAUVAGESIUS ſit, multa, quae ad ſpecierum cognitionem quomodocunque facere poſſint, undique colligendo et congerendo, haud obſcurum eſſe poteſt; quibus vero

ordinandis tempus ei non conceſſum fuiſſe ; aeque manifeſtum eſt. In meliorem ideo ordinem redigere conatus ſum ; et, cum ita ordinaverim, ut affinia quaeque juxta ponantur, faciliuſque ſuperflua et repetita rejiciantur, in hoc me labore non fruſtra fuiſſe ſpero. In opere Sauvageſiano, cum ſpecies tot recenſeantur, ut tyronem delaſſent et turbent neceſſe ſit, optandum omnino erat, ut in minorem et juſtum numerum redigerentur; quod, ni fallor, ex conſpectu quem exhibemus, ſatis commode fieri poteſt. Ne dicam de generibus Sauvageſianis, plus juſto numeroſis; illum nuſquam fere ſpecies a varietatibus diſtinxiſſe, ideoque illas praeter modum multiplicaſſe, neminem latere poteſt. Plerumque etiam, pro dati generis ſpeciebus, complures habuit ac recenſuit, quae aliorum morborum ſymptomata tantum ſunt; toties, ſcilicet, quoties ſymptoma, in charactere generis dati praecipuum, alius etiam morbi ſymptoma ſit. Inde fit, ut ſpecies eaedem apud SAUVAGESIUM ſaepe repetantur; quam luxuriantem frondem quomodo abſcindere poſſimus, ex diſpoſitione noſtra, ſpero, patebit: Nec, in ſummum, dubito quin, cum magno ſtudioſorum commodo, ſpecierum in opere Sauvageſiano numerus ad decimam partem redigi queat.

IN nominibus morborum non adeo curioſus ſum. Delectus aliquando neceſſario habendus erat; ſed nomina jam recepta, licet non ſemper optima, nuſquam mutavi.

IN ſynonymis, quam volui, parcior ſaepe fui. Multa a SAUVAGESIO allata, utpote curioſa potius quam utilia, omiſi. Inter alia, veterum Graecorum, Latinorum, et Arabum

bum ſynonyma conſulto neglexi; et quia ſaepe difficile foret de iis certi aliquid ſtatuere, et quia plus exigeret quam quo in præſentia fruor otii. Quibuſdam generibus et ſpeciebus ſynonyma adjeci, quibus tyrones ad ſcriptores melioris notae quoſdam relegarem, et, in eundem finem, ſyſtematicorum nunc maxime celebrium, BOERHAAVII, ſcilicet, HOFFMANNI, et STAHLII, ſynonyma ubique indicavi.

SI denique de Noſologia methodica judicio ſagacis et periti GAUBII fidendum ſit, « *S*pecimina jam nunc a re» centioribus edita in ſpem erigunt, tentaminibus multi» plicatis haud defuturos ſucceſſus, remque tanti momenti, » ac bonis ideo omnibus exoptatiſſimam, ſic tandem feli» citer perfectum iri, ut non in nominibus duntaxat mor» borum inveniendis ſeſe utilem praeſtet, ſed praecipue fa» cilem ad eruendas curationes viam expediat ». Hac ſpe meam operam impendi; et, quamvis multum poſteris faciendum reſtabit, tamen, ſi quodam ego tenus prodierim, gaudebo. Antequam metam optatam haec res contigerit, veriſimile eſt, tantum temporis interventurum eſſe, quantum ab initiis botanices in rudi ſyſtemate CÆSALPINI, ad eandem in illuſtris LINNÆI operibus jam prope conſummatam, praeteriit. Ego quidem MORISONI noſtratis ſorte contentus ero, licet nimirum ipſe parum ſim profectus, ſi ingenia plurima ad ſtudii admodum neglecti cultum ſtatim excitavero. Ab aequalibus jam ſeneſcentibus vix aliquid hujuſmodi expecto. Quorum alii, ſtudiis nunquam dediti, has novitates, quas vocant, vel refugiunt, vel detrectare ſtudent; alii, ſtudiorum licet fautores, in quibus etiam mul-

tum

tum profecerint; tamen, ut relicta repetant; et quaedam forsitan dediscenda fateantur, vix adduci possunt. Quocirca, hoc studium a junioribus fere solis promotum iri spero; et ardor ille studiorum, qui in hujus Almae Academiae alumnis jam praeclare viget, spem mihi facit, haec studia nosologica praecipue ab iis excultum iri: Quibus hi nostri labores omnes consecrati, et in posterum consecrandi sunt.

Edinburgi 30. Octob. 1771.



PARS

PARS PRIMA.

GENERA MORBORUM DEFINITA

Ab Eruditissimo

FRANCISCO BOISSIER DE SAUVAGES.

Ex Nosologia Methodica, 2. tom. 4to.

Amstel. 1768.

SERIES

CLASSIUM.

I. VITIA.

II. FEBRES.

III. PHLEGMASIÆ.

IV. SPASMI.

V. ANHELATIONES.

VI. DEBILITATES.

VII. DOLORES.

VIII. VESANIÆ.

IX. FLUXUS.

X. CACHEXIÆ.

GENERA MORBORUM.

CLASSIS I. VITIA.

CHARACTER. Symptomata cutanea levidenſia, vel mechanicis chirurgiae auxiliis curanda.

ORDO I. MACULÆ.

Coloris nativi mutationes.

1 GENUS. I. LEUCOMA.

Macula opacans corneam.

2 G. II. VITILIGO.

Macula corymboſa, ſeu ex minoribus maculis compoſita, cum depreſſione cutis.

3 G. III. EPHELIS.

Maculae acquiſitae, umbrinae, glabrae, corymboſae, faciem vel tibias, rarius partes tectas, afficientes.

4 G. IV. GUTTA ROSEA.

Maculae faciei rubrae, guttatae, parum prominentes, aut aſperae, et diu permanentes.

5 G. V. NÆVUS.

Macula congenita, quae vulgo tribuitur vehementi cupiditati, qua mater initio graviditatis exagitata fuit, quandoque cum partis eminentia.

6 G. VI. ECCHYMOMA.

Macula nigricans, vel atro-rubra, aut liveſcens, ſucceſſu temporis flaveſcens, non congenita, nec aſpera, ſed plana, aut parum prominens, et ſubſolitaria.

O. II. EFFLORESCENTIÆ.

Tumores humorales exigui gregales, vel cutis elevatio per puſtulas, papulas, phlyctaenas, varos, ſimileſve aſperitates.

a. Puſtula. Phyma parvulum apice ruptum.
b. Papula. Phyma parvulum deſquamari ſolitum.
c. Phlyctaena. Veſicula fluido ſeroſo plena.
d. Varus. Tuberculum durum conſtans.

7 G. VII. HERPES.

Efflorefcentia ex tumoribus exiguis, rubris, aggregatis, pruriginoſis, in ſquamas furfuraceas, raro cruſtaceas, abeuntibus.

8 G. VIII. EPINYCTIS.

Phlyctaenae atro-rubrae, aggregatae, trium vel quatuor linearum in diametro, tibias ut plurimum afficientes, et noctu potiſſimum acriter pungentes.

9 G. IX. PSYDRACIA.

Phymata eryſipelatoſa.

10 G. X. HIDROA.

Exanthemata miliaria phlyctaenoidea.

O. III. PHYMATA.

Tumores humorales, notabiles, ſolitarii.

11 G. XI. ERYTHEMA.

Tumor ſine febre, ſuperficiarius, ſolitarius, diffuſus, rubroroſeus, preſſione evaneſcens.

12 G. XII. OEDEMA.

Tumor diffuſus, frigidus, pallidus, laxus, doloris expers.

13 G. XIII. EMPHYSEMA.

Tumor diffuſus, elaſticus, preſſione crepitans, cuti concolor.

14 G. XIV.

14 G. XIV. SCIRRHUS.

Phyma durum, indolens, cuti concolor.

15 G. XV. PHLEGMONE.

Tumor ſpheroideus, rubore, calore, tenſione, dolore pulſatili inſignis, ſponte in ſuppurationem vergens.

16 G. XVI. BUBO.

Tumor partim ſcirrhoſus, partim inflammatorius, glandulae unius aut alterius inguinalis.

17 G. XVII. PAROTIS.

Tumor ſcirrhoſo-phlegmonodeus glandulae parotidis dictae in ſuppuratum lentiſſime vergens.

18 G. XVIII. FURUNCULUS.

Tumor inflammatorius, cutaneus, prominens, durus, et atroruber, cujus centrum, cum ſuppuratus eſt, occupant fibrae craſſae, quae in pus non colliqueſcunt.

19 G. XIX. ANTHRAX.

Phyma apice gangraenoſum, ambitu inflammatum.

20 G. XX. CANCER.

Tumor durus, tuberoſus, lancinans, pertinaciſſimus.

21 G. XXI. PARONYCHIA.

Phlegmone extremi digiti cum dolore perterebrante.

22 G. XXII. PHIMOSIS.

Phlegmone praeputii, cum hujus adducendi vel reducendi difficultate.

O. IV. EXCRESCENTIÆ.

Tumores a ſolidis adauctis, indolentes, lente creſcentes, in ſuppurationem ſponte non abeuntes.

23 G. XXIII.

23 G. XXIII. SARCOMA.

Excreſcentia carnis conſiſtentiam circiter obtinens.

24 G. XXIV. CONDYLOMA.

Excreſcentia firma carnibus durior, oſſibus mollior.

25 G. XXV. VERRUCA.

Excreſcentia cutanea prominens, condylomate minor, ſenſu deſtituta, indolens.

26 G. XXVI. PTERYGIUM.

Excreſcentia carnea, vel membranaceo-vaſculoſa ad oculi canthum exorta, alam expanſam referens, et verſus corneam ſe extendens.

27 G. XXVII. HORDEOLUM.

Tumor durus vix ſenſu gaudens, cuti concolor, raro rubens, in palpebrarum limbo enaſcens, ſphaericus, piſo ut plurimum minor.

28 G. XXVIII. BRONCHOCELE.

Excreſcentia vel tumor ſcirrhoſus anticae partis colli.

29 G. XXIX. EXOSTOSIS.

Tumor oſſis vel totalis vel partialis.

30 G. XXX. GIBBOSITAS.

Oſſium pectoris indecora prominentia a tumore, luxatione, diſtortione, aut alio principio oriunda.

31 G. XXXI. LORDOSIS.

Oſſium diſtortio, unde hinc protuberant, inde vero excavantur artus, ac incurvantur oſſa, vel a ſitu deflectunt.

O. V. CYSTIDES.

Protuberantiae factae a fluidis intra membranas proprias vel alienas maxime dilatatas contentis, vel receptacula quaevis diſtendentibus.

32 G. XXXII.

32 G. XXXII. ANEURISMA.

Cyſtis arterioſa.

33 G. XXXIII. VARIX.

Cyſtis venoſa.

34 G. XXXIV. HYDATIS.

Cyſtis lymphae ductuum.

35 G. XXXV. MARISCA.

Tumores in ani margine enati, rubri, ſaepe dolentes, et cruorem ſaepe fundentes, ſponte dein recedere ſoliti.

36 G. XXXVI. STAPHYLOMA.

Cyſtis aquoſa a corneae proptoſi, et dilatatione, vel ab uveae hernia trans foramen corneae elapſa.

37 G. XXXVII. LUPIA.

Cyſtis vel folliculus materiem pultaceam non purulentam continens.

38 G. XXXVIII. HYDARTHRUS.

Cyſtis articuli aquoſa.

39 G. XXXIX. APOSTEMA.

Cyſtis purulenta.

40 G. XL. EXOMPHALUS.

Cyſtis umbilicalis ſaepius aquoſa.

41 G. XLI. OSCHEOCELE.

Cyſtis in ſcroto.

O. VI. ECTOPIÆ.

Ptoſes, Celes, Pararthremata, *Graec.*

Prolapſus, Herniae, Aberrationes, Luxationes, *Lat.*

Partium ſolidarum e ſua ſede dimotio ſenſibus obvia.

42 G. XLII. EXOPHTHALMIA.

Magnitudo nimia, Prolapſus, Expreſſio oculi, *Lat.*

Hygrophthalmia, Elephantiasis oculi, *Boerh.* de Morb. Ocul. pars II. cap. 5.

Exophthalmia, Hydrophthalmia, Buphthalmus seu Buphthalmia, Ophthalmoptosis, Ecpiesmus *Græcorum. Mauchart*, diss. de Hydrophthalmia, et oculi paracentesi inter *Haller.* Disput. Chir. T. I.

Grosseur contre Nature, Hydropisie, Cancer, Chûte de l'oeil. *Maitre-Jan*, part. II. chap. 6.; *Saint Yves*, Part. II. chap. 1.

Bulbi oculi procidentia, aucta, vel non mutatâ sensibiliter nativa ipsius magnitudine.

43 G. XLIII. BLEPHAROPTOSIS *Mauchartii.*

Blepharoptosis, Lagophthalmus, Ectropium, Entropium, *Gr.*

Palpebrae superioris casus, Retractio, Palpebrarum introversio, extroversio, *Lat.*

Chûte, relaxation de la paupiere superieure, eraillement des paupieres, trichiaise avec introversion des tarses. Vide *Platner.* Instit. Chirurg. §. 577. §. 584.; *Maitre-Jan*, part. III. chap. 18. 19. 20. 21.; *Saint Yves*, part. I. chap. 8. 9. 10.; *Dionis*, Dem. 6.; *Boerh.* de Morb. ocul. part. I. Cap. 5.; *Heister.* Chir. T. I. part. II. §. 2. cap. 45. 46. 48.; *Gorter.* Chir. repurg. lib. 5. cap. 10.

Palpebrae utriusque vel alterutrius elongatae, retractae, introversae, vel extroversae ectopia.

44 G. XLIV. HYPOSTAPHYLE.

Staphyle, Kion, Imantium, Craspedon, Columella bicornis, *Aretaei*, Acut. lib. I. cap. 8. de affectibus columellae.

Uvulae prolapsus, *Nenter.* tab. 25. cap. 8.

Uvula nimium producta, *Heister*, Chir. T. II. p. 659.

Uvulae inflammatio, catarrhus, paralysis, casus, *Gorter*, Praxis Med. Syst. pag. 165.

Relachement de la luette, *Dionis*, Dem. V.

Gurgulionis seu uvulae laxatae, inflammatae, ulceratae, incrassatae, attenuatae, bicornis, procidentia.

45 G. XLV. PARAGLOSSE.

Linguae extumescentia, magnitudo, inflatio, *Galen.* Method. med. libr. XIV. *Valesci de Taranta* Philon. lib. 2. cap. 59.; *Marc. Donat.* Med. Histor. mirab. lib. 3. cap. 4.

Linguae retractio, exertio, *Gorteri.*

Glossocele *Gaubii Pathol.* §. 242.; Linguae extrusio, Idem §. 254.

Renversement de la langue dans le gosier, *Petit.* mém. de l'Acad. des Sc. 1742.

Linguae motu deglutitorio in fauces revolutae vel ore extrusae, exundantis, exertae ectopia.

46 G. XLVI. PROPTOMA.

Partis externae, etiam ante lapsum conspicuae, et a palpebris, bulbo oculi, lingua, ac gurgulione diversae procidentia.

47 G. XLVII. EXANIA.

Proctocele *Pathol. Meth.* edit. 3.

Morbus poenalis Gerhamensium, lib. Regum I. cap. 5.

Prolapsus ani *Auctorum*, ut *Plateri*, Prax. lib. II. cap. 2. *Nenteri*, tab. 126. &c.

Chûte du fondement *Dionis*, Dem. IV. pag. 392.; *Arnaud* des Hernies, tom. I. chap. 28.; *Levret* obs. sur les polypes, sect. 3. pag. 165.

Sphincteris ani, et intestini recti inversi, procidentia.

48 G. XLVIII. EXOCYSTE.

Prolapsus, inversio vesicae urinariae *Auctorum*, *Salzmanni* diss. de Hern. vesicae inter *Halleri* Disp. Sel. tom. III.; *Solingen* de mulierum et infant. morb. chir. pag. 741.

Renversement de la vessie urinaire. *Noel.* obs. Recherches sur la Hernie de la vessie par *Verdier*; Mém. de l'Acad. R. de chir. tom. 2.

Membranae tum vesicae corpus, tum ipsius collum, interne obvestientis procidentia per meatum urinarium facta.

49 G. XLIX. HYSTEROPTOSIS.

Hysteroceles nudae *Pathol. Method.* Edit. 3.
Relaxatio, prolapsus, procidentia, inversio uteri vel vaginae *Auctorum*, ut *Heisteri* Inst. chir. tom. II.; *Gunzii* de Herniis, &c.
Relachement, chûte, descente, renversement de la matrice ou du vagin. *Arnaud*, tom. I. chap. 24. &c.; *Puzos* sur les maladies de la matrice; *Sabatier*, mém. de l'Acad. R. de Chir. tom. 3.

Uteri vel vaginae procidentia.

50 G. L. ENTEROCELE.

Hernia intestini.

51 G. LI. EPIPLOCELE.

Hernia Omenti.

52 G. LII. GASTROCELE *Ign. La Chausse.*

Hernia ventriculi, *Fabr. Hildani* resp. ad Doring. pag. 915.; *Blegny* Zod. med. Gall. ann. I. Febr. Obs. 2. pag. 44.; *Gunzii* libell. de hern. cap. 20. *Ign. La Chausse* Diss. de hernia ventrali, et *Kirschbaum* Diss. de hern. ventriculi in disp. Chir. Haller. tom. 3. Diss. 68. 69.
Hernie de l'estomac, *La Faye* sur *Dionis*, pag. 121.; *Arnaud* Tr. des hernies, préface, p. 81.; *Sharp* Rech. Crit. chap. I.; *Garengeot*, Mém. de l'Acad. R. de Chir. T. I. p. 703.

Ventriculi trans laxatos, diductos, regionis epigastricae parietes, imo et per umbilici annulum elapsi ectopia herniosa.

53 G. LIII. HEPATOCELE, *Gunzii* libell. de hern. p. 4.

Hernia hepatis, E. N. C. Dec. I. Ann. II. et Dec. II. Ann. VII.; *Bohnii* Chir. rational. pag. 230.
Hernie du foye, *Arnaud* des hern. tom. 1.

Hepatis trans laxatos, diductos in umbilici vicinia abdominis parietes, vel per ipsum umbilicum ectopia herniosa.

54 G. LIV. SPLENOCELE, *Gunzii* Libell. de hern. p. 4.

Hernia lienis, *Fabr. Hildani*, epist. LV. pag. 999.; *Spigelii* de corp. hum. fabric. lib. 8. cap. 14.; *Ruyschii* Adverf. Anat. Dec. II. pag. 23.; Hernie de la Rate, *Arnaud* des hern. tom. I. pag. 29.

Lienis trans laxatos, diductos abdominis in latere finistro parietes, vel per inguinalem ejufdem lateris annulum elapsi ectopia herniofa.

55 G. LV. HYSTEROCELE.

Hernia uteri *Sennert*. Lib. IV. Med. Pract. part. II. fect. II. cap. 17.; *Doringii* Epist. ad G. Fabr. Hildanum de hernia uterina, pag. 893.; *Graaf* de mulier. organ. cap. 8.; *Ruysch*. Adv. Dec. II. pag. 23. Hernie de la Matrice, *Arnaud* des hernies. T. I. pag. 29.; *Sabatier*, Mém. de l'Acad. R. de Chir. T. III.

Uteri trans annulos inguinales, aut laxatos, diductos inferne abdominis medietatis parietes elapsi ectopia herniofa.

56 G. LVI. CYSTOCELE, *Platner* Inst. Chir. *Ign. La Chauffe* de hern. ventrali.

Hernia cystica *quorundam*.
Hernia veficae urinariae *Salzmanni* Diff. inter *Halleri* Difp. Chir. T. III. Diff. 72.; *Gunzii* Libell. de Hern. &c.
Hernie de la Veffie urinaire *Mery*. Mém. de l'Acad. R. des Sc. 1713.; *Garengeot* Oper. de Chir.; *Levret* Obf. fur les polypes; *Sharp* Rech. Crit.; *Verdier* Mém. de l'Acad. R. de Chir. T. II.

Veficae urinariae trans annulos inguinales, fub arcubus cruralibus, & per laxatos, diductos perinaei, hypogastrii, necnon vaginae parietes elapfae ectopia herniofa.

57 G. LVII. ENCEPHALOCELE, *Corvini* Diff. de hern. Cerebri inter *Halleri* Difp. Chir. T. 2. Diff. XLVI.

Hernia cerebri, *Reifelii* Eph. N. C. Dec. II. Ann. II. Obf. 115.; *Lechelii* ibid. Obf. 158.; *Treu* Comm. Litt. 1738, Hebd. 52. n. 3.; *Taconi* Diff. de humano monstro Bononiae nato; *Corvini*, ibidem.

Hernie du Cerveau, *Le Dran* Obs. de Chir. Obs. I.

Cerebri, cerebelli, aut utriusque, verbo Encephali, per ossium cranii non penitus ossificatorum hiatum prorumpentis, ectopia herniosa.

58 G. LVIII. HYSTEROLOXIA.

Obliquitas uteri *Roedereri*, Elem. art. obstetric. §. 449.–507.; *Levret* Observ. sur les accouch.

Inclinatio, reclinatio, obliquitas uteri *Deventer*. cap. 46. 47. 48.; *Ruyschii*, Observ. XCVIII.

Inclinaison, obliquité de la matrice, *Sabatier* Mém. de l'Acad. de Chir. tom. III. &c.

Uteri, saepius gravidi, et contra quam in hysterocele fit, abdominis claustris contenti situs in obliquum errans.

59 G. LIX. PARORCHIDIUM.

Testiculorum serior descensus, vel retractio, *Felic. Plateri* Mantiss. Observ.; *Ambr. Paraei* Lib. VII.; *Thom. Bartholini* Hist. Anat.; *Morgagn.* Advers. IV.; *Dionis* Oper. de Chir. Dem. IV; *Quelmalzii* inter Halleri Disput. Anatom. T. V. Dissert. I.; *Verdier* sur la Hernie de la Vessie, Mém. de l'Acad. R. de Chir. tom. II.

Testiculi unius, vel utriusque, cujus post nativitatem sedes naturalior scrotum est, situs in alienum aberrans.

60 G. LX. EXARTHREMA, *Graec.*

Exarthrosis, Pararthrema *eorund.*

Luxatio, subluxatio, distortio, *Heister.* Inst. Chir. T. I.; *Boerh.* aph. comment. T. I.; *Gorter.* Chir. repurgat. cap. VI. *Platner.* Instit. Chir. §. 1090–1213.

Luxation, entorse, *Petit* Malad. des os, T. II.; *Col de Villars* Chir. T. V.; *de la Faye* Princ. de Chir.; *Duverney* Malad. des Os, tom. II.

Separatio contigui in ossium articulis diarthrosice, non vero immobiliter combinatis.

61 G. LXI. DIASTASIS, *Graecorum.*

Offium receffus, *Latin.*; *Petit* T. II. chap. 8. et 13.; *La Faye* Princ. de Chir. pag. 474. *Duverney* T. II. ch. 1. et 5.

Offium, cartilaginum, immobiliter combinatorum, feparatio, feu receffus ab invicem partialis vel totalis.

62 G. LXII. LOXARTHRUS.

Perverfio capitis offium ac mufculorum appenforum, *Duverney*; T. II. cap. II.

Artus vari *Duverney*, T. II. cap. II.

Gibbofitas fcapularis *Auctorum.*

Offium cum motu fenfibili articulatorum fitus relativus in alienum conftanter mutatus, aut obliquitas refpectiva perfiftens citra exarthrema et fpafmum.

O. VII. PLAGÆ.

Solutiones continui.

63 G. LXIII. VULNUS.

Solutio mechanica continui in carnibus cum labiorum hiatu, initio cruenta, dein ad inflammationem fuppurationemque tendens.

64 G. LXIV. PUNCTURA.

Continui folutio intus tantum extenfa.

65 G. LXV. EXCORIATIO.

Cuticulae vel cutis a carnibus fubjectis feparatio.

66 G. LXVI. CONTUSIO.

Textus carnofi, potiffimum infra cutem, ruptio per minima puncta et vaforum contritio ecchymoma faepius inferens.

67 G. LXVII. FRACTURA.

Separatio violenta et mechanica offis in fragmenta invicem non cohaerentia.

67 G. LXVIII.

68 G. LXVIII. FISSURA.

Separatio oſſis in duas partes rima tantum diſſitas, et alterutro ſaltem extremo cohaerentes.

69 G. LXIX. RUPTURA.

Tendinum vel ligamentorum aut cartilaginum ſolutio, vel vehemens diſtractio, cum vel ſine exarthremate.

70 G. LXX. AMPUTATURA Ill. *Linn.* G. 241.

Solutio continui in partibus tum mollibus, tum oſſeis, cum artus, articuli, vel partis totali ſeparatione a reſiduo trunco.

71 G. LXXI. ULCUS.

Partium mollium eroſio purulenta, cute profundior, cum pure ichoroſo vel utcumque vitioſo.

72 G. LXXII. EXULCERATIO.

Excoriatio ulceroſa ſuppurans.

73 G. LXXIII. SINUS.

Cavitas ulceroſa, cujus fundus amplus, ſaepe multiplex, deſinit in anguſtum orificium.

74 G. LXXIV. FISTULA.

Cavitas ulceroſa, ſinuoſa, cujus parietes calloſi ſunt ut plurimum, aut fundus ad os carioſum, arthrocace corruptum, pertingit.

75 G. LXXV. RHAGAS.

Solutio continui ſicca in partium marginibus.

76 G. LXXVI. ESCHARA.

Cruſta ſicca, mortua, fluidis ſolidiſque corporis humani coagmentata.

77 G. LXXVII. CARIES.

Oſſis ſuo perioſteo denudati decoloratio, aſperitas, exfoliatio et ſubſequens fragilitas ac eroſio.

78 G. LXXVIII.

78 G. LXXVIII. ARTHROCACE.

Ulcus medullae ossium, saepius in epiphysibus, cum carie, exostosi, et dolore.

CL. II. FEBRES.

Pulsus magnitudo et frequentia cum frigore in insultu, fervore in decursu, madore in declinatione, et semper virium prostratione majori quam a virium vitalium gradu foret exspectandum.

ORDO I. CONTINUÆ.

Impetus febrilis a frigore saepius exordiens sine exacerbatione partiali, et sine accessu, non pluries quam semel vel bis in mense revertens, ad usque finem aegritudinis perseverat.

79 G. I. EPHEMERA.

Decursus aegritudinis intra dimidiam septimanam absolvitur. Vigor morbi subito accedit.

80 G. II. SYNOCHA.

Decursus intra septimanam, incrementum successivum.

81 G. III. SYNOCHUS *Galeni*.

Decursus ad duas tresve septimanas, cum pulsus robore sanum, in morbi statu saltem, notabiliter superante.

82 G. IV. TYPHUS *Hippocratis* 1. et 2. de intern. affect. Foesii 553.

Decursus ultra duas septimanas, saepius tres, cum calore et urina sanorum similibus, pulsuque quoad frequentiam sano fere simili, et quoad robur non majori, artubus interea maxime prostratis.

83 G. V. HECTICA *Galeni* et *ejus Sequacium*; *Sydenhami*, p. 524.

Decurſus ultra menſem, debilitas parva, pyrexia exigua, cum pulſu poſt paſtum frequentiori.

O. II. REMITTENTES.

Pyrexia pluries in decurſu morbi creſcit et decreſcit, non omnino recedit, typus ſaepe confuſus.

84 G. VI. AMPHIMERINA.

Remiſſio quotidianae typum ſervat. Exacerbationes cum horrore.

85 G. VII. TRITÆOPHYA.

Remiſſionis typus tertianarius, frigus fere nullum.

86 G. VIII. TETARTOPHYA.

Remiſſio quartanae typum ſervans.

O. III. INTERMITTENTES.

Pyrexia pluries in decurſu aegritudinis deſerit et recurrit, cum intervallis lucidis.

87 G. IX. QUOTIDIANA.

Acceſſus ſimiles quolibet die accidunt.

88 G. X. TERTIANA.

Acceſſus ſimiles alternis diebus revertuntur.

89 G. XI. QUARTANA.

Acceſſus ſimiles duobus interpoſitis diebus redeunt.

90 G. XII. ERRATICA.

Acceſſus ſimiles diſtantes ab invicem pluribus quam quatuor diebus, aut typi omnino incerti.

CL. III. PHLEGMASIÆ, *Galeni.*

Pyrexia continua vel remittens cum interna inflammatione, vel cum exanthematis.

O. I. EXANTHEMATICÆ.

Eruptiones cutaneae cum pyrexia ſaepius maligna, quandoque lenta.

91 G. I. PESTIS.

Eruptio bubonum, anthracum, pyrexia typhodes.

92 G. II. VARIOLA, *Haly Abbatis, Jouberti,* et *antiquorum.*

Eruptio puſtularum phlegmonodearum in ſuppurationem tendentium.

93 G. III. PEMPHIGUS.

Eruptio phlyctaenarum avellanae circiter magnitudine ſero dilute flavo turgidarum.

94 G. IV. RUBEOLA, ſic primitus nominata a traductoribus *Haly Abbatis* Practicae, lib. 3. cap. I. de Variolae et Rubeolae Medela.

Eruptio papularum in ſquamulas furfuraceas abeuntium. Praecedunt tuſſis ſicca, ſternutatio, lachrymatio, et febris catarrhalis.

95 G. V. MILIARIS.

Eruptio phlyctaenarum milii ſemini non majorum.

96 G. VI. PURPURA.

Eruptio maculoſa purpurea, livida, vel atra, indolens, cum typho vel remittente febre.

97 G. VII. ERYSIPELAS.

Eruptio erythematis cum ſynocha febre.

98 G. VIII. SCARLATINA.

Eruptio maculoſa, rubra, pruriens, papuloſa, lata, parum uniformis, in ſquamulas furfuraceas abiens, ſed ſine praeludio catarrhali, et ſaepe ad ſecundam tertiamve vicem ſe prodens ac recondens viciſſim.

99 G. IX. ESSERA.

Eruptio ut plurimum apyreta, ſuberyſipelatoſa, ſubito accedens per vices et recedens.

100 G. X. APHTHA.

Eruptio puſtuloſa, phlyctaenodes, et ulceroſa, in ore aut pudendis.

O. III. MEMBRANACEÆ.

Pyrexia magna typo ſynochae vel ſynochi cum dolore viſceris cujuſdam.

101 G. XI. PHRENITIS.

Dolor capitis, delirium audax, vis artuum, pulſuſque major, pyrexia acuta.

102 G. XII. PARAPHRENESIS.

Symptomata phrenitidis et peripneumoniae.

103 G. XIII. PLEURITIS.

Dolor lateris, reſpiratio et pulſus frequens, tuſſis.

104 G. XIV. GASTRITIS.

Dolor epigaſtrii, nauſea, vomituritio, febris typhodes, vel remittens maligna.

105 G. XV. ENTERITIS.

Dolor circa umbilicum vehemens, cum meteoriſmo, pyrexia acuta, ileo, vel dyſenteria.

106 G. XVI.

106 G. XVI. EPIPLOITIS.

Dolor circa hypogaſtrium, et umbilicum juxta epiploi extenſionem.

107 G. XVII. METRITIS.

Dolor et tumor in regione et extenſione uteri ac lumbis et inguinibus cum febre.

108 G. XVIII. CYSTITIS.

Dolor, tumor, tenſio hypogaſtrii, cum dyſuria vel iſchuria.

O. III. PARENCHYMATOSÆ.

Dolor obtuſus, calor et tumor in viſceribus farctis, non ſacciformibus, cum pyrexia acuta, ſuppurationis apparatu.

109 G. XIX. CEPHALITIS.

Febris acuta cum delirio ſomnolento, et carphologia.

110 G. XX. CYNANCHE.

Dolor gutturis cum dyſpnoea ſtrangulante, dyſphagia, et pyrexia acuta.

111 G. XXI. CARDITIS.

Dolor ſub ſterno, pulſus inaequalis, frequens, palpitatio, et cardialgia, cordis anxietas.

112 G. XXII. PERIPNEUMONIA.

Pyrexia acuta, dyſpnoea gravis, gravativus pectoris dolor, tuſſis cruenta, pulſus mollis.

113 G. XXIII. HEPATITIS, *Galeni* I. Epid. Comm. 3.

Dolor, tenſio, calor in regione hepatis, cum pondere, tuſſi ſicca, reſpiratione difficili.

114 G. XXIV. SPLENITIS.

Dolor, tumor in regione lienis, tactum vix tolerans, cum febre ut plurimum remittente.

115 G. XXV. NEPHRITIS.

Dolor acutus in regione renum juxta ureteres in veſicam directus, cum febre acuta, dyſuria, iſchuriave, &c.

CL. IV. SPASMI.

Contractio invita, conſtans vel interpolata, muſculorum organis locomotivis, non vitalibus inſervientium.

O. I. TONICI PARTIALES.

Rigiditas et immobilitas artus vel organi determinati.

116 G. I. STRABISMUS.

Oculi ſpaſmus axium opticorum divergentiam inferens.

117 G. II. TRISMUS.

Maxillae inferioris ſpaſmus tonicus, vel clonicus.

118 G. III. OBSTIPITAS.

Colli ſpaſmus tonicus, capitis nativam mobilitatem et directionem mutans.

119 G. IV. CONTRACTURA.

Artus cujuſdam, ut brachii, vel cruris, conſtans, diuturna, rigiditas ſenſim exorta.

120 G. V. CRAMPUS.

Subitanea, fugax, dolorifica muſculi rigiditas.

121 G. VI. PRIAPISMUS.

Penis injucunda rigiditas.

O. II. TONICI GENERALES.

Rigiditas totius fere corporis.

122 G. VII. TETANUS.

Spaſmus generalis ſubito ortus cum dyſpnoea.

123 G. VIII.

123 G. VIII. CATOCHUS.

Spafmus generalis fenfim factus fine dyfpnoea.

O. III. CLONICI PARTIALES.

Agitatio invita et coacta cujufdam organi, vel artus, cujus motivum non percipitur.

124 G. IX. NYSTAGMUS.

Spafmus clonicus oculi, palpebraeve.

125 G. X. CARPHOLOGIA.

Motus velut convulfivus manuum, quo aegri floccos e veftibus evellere, paleas colligere, mufcas venari, &c. videntur.

126 G. XI. PANDICULATIO.

Diftenfio femivoluntaria plurium vel omnium fucceffive membrorum, ut plurimum cum ofcitatione.

127 G. XII. APOMYTTOSIS.

Succuffio cutis et capitis tremula, violenta, cum exfpiratione fonora, quafi ftertorofa.

128 G. XIII. CONVULSIO.

Agitatio invita artus vel mufculi brevis et fuperftite in paroxyfmis animae functionum exercitio.

129 G. XIV. TREMOR.

Artus alterna per itus et reditus frequentes motitatio cum movendi facultate concurrens.

130 G. XV. PALPITATIO.

Pulfatio in regione cordis pulfui arteriarum numero, minime vero intenfitate, refpondens.

131 G. XVI.

131 G. XVI. CLAUDICATIO.

Inter gradiendum cruris motus, quo centrum gravitatis trunci ſenſibiliter, dextrorſum, vel ſiniſtrorſum transfertur.

O. IV. CLONICI GENERALES.

Spaſmi clonici vel totius corporis, vel ad plures partes extenſi.

132 G. XVII. RIGOR.

Totius cutis ſuccuſſio frigorifera.

133 G. XVIII. ECLAMPSIA.

Artuum vel muſculorum plurimorum ſpaſmus clonicus acutus, cum ſenſuum obſcuratione.

134 G. XIX. EPILEPSIA.

Spaſmus clonicus, periodicus, chronicus artuum, cum ſenſuum obſcuratione.

135 G. XX. HYSTERIA.

Artuum, organorumque etiam internorum ſpaſmus clonicus, tonicuſve, paroxyſmis fugacibus leviter variantibus, cum mortis formidine intenſiſſima.

136 G. XXI. SCELOTYRBE.

Motus ſemivoluntarius vel unius lateris, vel totius corporis, inter gradiendum, geſticulationem, aut ridiculam hiſtrionis feſtinationem referens.

137 G. XXII. BERIBERIA.

Motus gradientium genua retrahens cum tremore, formicationis ſenſu, vocis raucedine, Indis familiaris.

CL. V. ANHELATIONES.

Agitatio invita, defatigans, muſculorum pectoris, unde reſpiratio difficilis, frequens, ſine febre acuta.

O. I.

O. I. SPASMODICÆ.

Insultus fugaces, sed saepius iterati spasmodicorum motuum pectoris cum exspiratione sonora.

138 G. I. EPHIALTES.

Anhelatio difficilis, querula, cum insomnio terrifico.

139 G. II. STERNUTATIO.

Concussio violenta pectoris, cum exspiratione veloci narium interiora everrente et sonora.

140 G. III. OSCEDO.

Diutina lenta profunda inspiratio, ore hiante, saepius cum pandiculatione.

141 G. IV. SINGULTUS.

Concussio diaphragmatis cum inspiratione subito interrupta, sonora.

142 G. V. TUSSIS.

Concussio sonora, violenta pectoris cum exspiratione ad pulmonem a quodam obice liberandum.

O. II. OPPRESSIVÆ.

Non fugaces, sed constantes respirandi difficultates, cum pectoris non raro oppressione, frequenti anhelitu, difficultate illius suspendendi, sine metu suffocationis.

143 G. VI. STERTOR.

Respiratio inter inspirandum, sonum gravem, tremulum, in gutture edens, saepe cum alterno sibilo.

144 G. VII. DYSPNOEA.

Difficultas respirandi chronica, non intermittens, sine signis hydrothoracis vel empyematis.

145 G. VIII. ASTHMA.

Difficultas respirandi periodice recurrens, chronica.

146 G. IX. ORTHOPNŒA.

Praeceps ut plurimum et acuta respirandi difficultas.

147 G. X. ANGINA.

Difficultas respirandi, cum sensu obicis in gutture, et saepe deglutitione difficili, sine phlegmasia.

148 G. XI. PLEURODYNE.

Pectoris, laterisve dolor pungitivus cum respirandi difficultate citra phlegmasiam acutam.

149 G. XII. RHEUMA.

Difficultas respirandi cum sensu gravitatis in pectore, quam comitantur vel praecedunt coryza, sternutatio, raucedo, &c.

150 G. XIII. HYDROTHORAX.

Difficultas respirandi decubitu horizontali aucta, cum faciei pallore, manuum et pedum oedemate, symptomatis ephialticis, alterutrius brachii stupore et aegritudine chronica non remittente.

151 G. XIV. EMPYEMA.

Symptomata hydrothoracis, praegressa pulmonis inflammatione suppurata et comitante febre hectica.

CL. VI. DEBILITATES.

Impotentia clare et distincte sentiendi, appetendi, consueta vi artus organave movendi, necnon imaginandi, vigilandi, &c.

O. I. DYSÆSTHESIÆ.

Impotentia clare ac distincte sentiendi sine sopore.

152 G. I. CATARACTA.

Visus debilitas ob maculam opacam pone pupillam.

153 G. II. CALIGO.

Visus debilitas obicibus opacis citra pupillam positis.

154 G. III. AMBLYOPIA.

Visus debilitas respective ad situm, gradum lucis, distantiam objecti, oculis pellucidis.

155 G. IV. AMAUROSIS.

Visus debilitas absoluta sine ulla organorum opacitate inassueta.

156 G. V. ANOSMIA.

Odoratus debilitas aut olfaciendi impotentia.

157 G. VI. AGHEUSTIA.

Gustus debilitas aut gustandi impotentia.

158 G. VII. DYSECÆA.

Auditus debilitas obicibus extra labyrinthum positis.

159 G. VIII. PARACUSIS.

Voces articulatas distincte audiendi difficultas vel impotentia.

160 G. IX. COPHOSIS.

Sonos etiam simplices percipiendi vel audiendi difficultas vel impotentia, obice intra vel ultra labyrinthum posito.

161 G. X. ANÆSTHESIA.

Tactus in toto corpore debilitas vel obscuritas sine stupore et sopore.

O. II. ANEPITHYMIÆ.

Appetituum sensitivorum debilitas notabilis, vel suppressio insolita sine sopore.

162 G. XI. ANOREXIA.

Appetitus esculentorum suppressio seu famis feriatio.

163 G. XII. ADIPSIA.

Appetitus potulentorum ſuppreſſio ſeu ſitis feriatio.

164 G. XIII. ANAPHRODISIA.

Appetitus venereorum, ſeu libidinis ſuppreſſio.

O. III. DYSCINESIÆ.

Impotentia motus ac ſaepe ſenſus in organis libertati ſubditis, ut lingua, larynge, artubus.

165 G. XIV. MUTITAS.

Voces articulatas edendi impotentia.

166 G. XV. APHONIA.

Plenaria vocis ſuppreſſio, citra ſtuporem et ſyncopem.

167 G. XVI. PSELLISMUS.

Quaſdam ſyllabas literaſve pronunciandi impotentia.

168 G. XVII. PARAPHONIA.

Vocem ſolitam edendi impotentia.

169 G. XVIII. PARALYSIS.

Motus aut tactus, vel utriuſque in uno tantum artu debilitas.

170 G. XIX. HEMIPLEGIA.

Debilitas motus aut tactus vel utriuſque in alterutro corporis latere.

171 G. XX. PARAPLEXIA.

Debilitas ſenſus et motus in dimidio corporis tranſverſim ſumpti.

O. IV. LEIPOPSYCHIÆ.

Motuum, viriumque vitalium debilitas.

172 G. XXI. ASTHENIA.

Totius corporis gradaria ſeu ſucceſſiva debilitas; ſenſubus integris.

173 G. XXII.

173 G. XXII. LEIPOTHYMIA.

Virium muſcularium totius corporis ſubitanea imminutio, pulſu ſuperſtite.

174 G. XXIII. SYNCOPE.

Motuum vitalium ſubitanea debilitas cum frigore, pallore, ſenſuumque obſcuratione.

175 G. XXIV. ASPHYXIA.

Omnium motuum et ſenſuum apparens ceſſatio mortem fere referens.

O. V. COMATA.

Senſus omnis, appetitus, motus liberi, phantaſiae, memoriaeque feriationes.

176 G. XXV. CATALEPSIS.

Status ſoporoſus cum artuum flexilitate et ad quoſvis novos ſitus retinendos aptitudine.

177 G. XXVI. ECSTASIS.

Status ſoporoſus a gravi pathemate ſubito ortus, aegrum in eodem ſitu quo prehenſus eſt retinens, ſine aptitudine cataleptica.

178 G. XXVII. TYPHOMANIA.

Apparens ſopor cum pervigilio reali, vel ſopor levis e quo aegri facile excitantur cum delirio comitante.

179 G. XXVIII. LETHARGUS.

Status ſoporoſus facile excitabilis cum ſummo imaginationis et memoriae torpore ac febre.

180 G. XXIX. CATAPHORA.

Status ſomnolentus facile excitabilis ſine febre, delirio, et oblivione.

181 G. XXX. CARUS.

Sopor profundus ſine ſtertore.

182 G. XXXI. APOPLEXIA.

Sopor profundiſſimus cum ſtertore vel ſonora reſpiratione.

CL. VII. DOLORES.

Cujuſvis experientia cognoſcendi, nulla definitione diſtincte explicabiles ſunt.

O. I. VAGI.

Dolores et moleſtiae vagae ſaepius univerſales aut cutaneae ad phlegmaſias non referendae.

183 G. I. ARTHRITIS.

Articulorum dolor ſpontaneus periodicus.

184 G. II. OSTOCOPUS, *Gorraeï* definit.

Oſſium dolor non erraticus et internus in artubus.

185 G. III. RHEUMATISMUS.

Dolor diuturnus in parte carnoſa artuum.

186 G. IV. CATARRHUS.

Collo vicinarum partium dolor a frigore ſuſcepto, cum tuſſi, coryza, &c.

187 G. V. ANXIETAS.

Moleſtia quae ad continuam loci mutationem cogit.

188 G. VI. LASSITUDO.

Moleſtia cum debilitate quae ad quietem invitat.

189 G. VII. STUPOR.

Moleſtia quae ſenſum tactus obſcurat.

190 G. VIII. PRURITUS.

Moleſtia quae ad ſcalpendum nos cogit.

191 G. IX. ALGOR.

Molestia qualis a summo aeris frigore excitatur.

192 G. X. ARDOR.

Molestia qualis a summo aeris calore producitur.

O. II. DOLORES CAPITIS.

Scilicet vel capillitii vel faciei.

193 G. XI. CEPHALALGIA.

Gravativus capitis dolor.

194 G. XII. CEPHALÆA.

Periodicus, diuturnus tensivus capitis dolor.

195 G. XIII. HEMICRANIA.

Dolor alterutrius lateris frontis.

196 G. XIV. OPHTHALMIA.

Dolor oculi cum rubore, lucis intolerantia et lachrymatione.

197 G. XV. OTALGIA.

Dolor aurium.

198 G. XVI. ODONTALGIA.

Dolor maxillarum dentiumve.

O. III. DOLORES PECTORIS.

Dolores cordis et oesophagi, anhelationis expertes.

199 G. XVII. DYSPHAGIA.

Molestia deglutitionem impediens sine notabili respirationis laesione.

200 G. XVIII. PYROSIS.

Sensus ardoris in ventriculo et oesophago sine febre acuta.

201 G. XIX. CARDIOGMUS.

Gravis pertinaxque molestia in praecordiis, cum sensu ponderis et magnae molis pulsantis a minimo motu increscens.

O. IV. DOLORES *Abdominales Interni.*

202 G. XX. CARDIALGIA.

Molestia in stomacho syncopem minitans.

203 G. XXI. GASTRODYNIA.

Quicumque dolor notabilis et constans in regione stomachi, qui continua animi defectione non stipatur ut cardialgia, nec pyrexia ut gastritis.

204 G. XXII. COLICA.

Dolor intestinorum.

205 G. XXIII. HEPATALGIA.

Molesta sensatio, gravativa, tensiva, aut alia quaevis in regione hepatis, sine pyrexia acuta.

206 G. XXIV. SPLENALGIA.

Dolor aut molestia in regione lienis sine pyrexia acuta.

207 G. XXV. NEPHRALGIA *Zwingeri.*

Dolor lumbi alterutrius ureteris ductum sequens, cum nausea, testis retractione in viris, cruris stupore in foeminis, &c.

208 G. XXVI. DYSTOCIA.

Dolor uterinus in gravidis cum conatibus parturitionis.

209 G. XXVII. HYSTERALGIA *Montalti.*

Dolor uteri sine nisu parturitionis.

O. V. DOLORES *Externi et Artuum.*

210 G. XXVIII. MASTODYNIA.

Dolor mammarum.

211 G. XXIX. RACHIALGIA *Astrucii.*

Dolor abdominis et ſpinae dorſi in brachiorum paralyſin aut convulſiones deſinens.

212 G. XXX. LUMBAGO.

Dolor lumborum corporis erectionem impediens.

213 G. XXXI. ISCHIAS.

Pelvis et coxendicis dolor claudicationem ſaepius inducens.

214 G. XXXII. PROCTALGIA.

Dolor podicis citra teneſmum.

215 G. XXXIII. PUDENDAGRA.

Dolor genitalium citra dyſuriam.

CL. VIII. VESANIÆ.

Error in imaginatione, appetitu, vel judicio.

O. I. HALLUCINATIONES.

Errores imaginationis ſalvo intellectu ab organorum externorum vitio.

216 G. I. VERTIGO.

Objecta licet quieſcentia e loco moveri vel in gyrum verſari nobis videntur. Ipſe aeger ſibi quandoque nutare videtur.

217 G. II. SUFFUSIO.

Objectorum, quae non ſunt, imaginaria viſio.

218 G. III. DIPLOPIA.

Objectum duplicatum vel multiplicatum apparet.

219 G. IV. SYRIGMOS.

Auditio imaginaria ſoni, cujus nullum eſt extra aures principium.

220 G. V. HYPOCHONDRIASIS.

Morbus diuturnus quo affectus se in mortis periculo versari ex ructu, palpitatione, aliisque, levidensibus malis, imaginatur.

221 G. VI. SOMNAMBULISMUS.

Somniantes e lecto surgunt, vigilantium munia exsequuntur, et se saepe diversis periculis exponunt.

O. II. MOROSITATES.

Cupiditates aut aversationes depravatae.

222 G. VII. PICA.

Alimentorum consuetorum aversatio, cum inassuetorum, sanisque insalubrium, appetitu.

223 G. VIII. BULIMIA.

Appetitus esculentorum copiae majoris quam quae digeri possit.

224 G. IX. POLYDIPSIA.

Appetitus majoris solito copiae potulentorum.

225 G. X. ANTIPATHIA.

Quorundam objectorum tanta aversatio ut ex eorum visu, vel olfactu aeger gravia symptomata patiatur.

226 G. XI. NOSTALGIA.

Parentum patriaeve tanta cupiditas, ut hac non expleta aeger gravi morbo decumbat.

227 G. XII. PANOPHOBIA.

Summus pavor inter dormiendum sine causa evidenti.

228 G. XIII. SATYRIASIS.

Effraenis, impudensque veneris cupiditas cum libidinosa penis tentigine.

229 G. XIV. NYMPHOMANIA.

In foeminis effraene veneris desiderium.

230 G. XV. TARANTISMUS.

Effraenis choreas agendi, vel saltandi cupiditas.

231 G. XVI. HYDROPHOBIA.

Effraenis potulentorum aversatio, saepius a morsu animalis rabidi.

O. III. DELIRIA.

Errores mentis judicantis.

232 G. XVII. PARAPHROSYNE.

Delirium fugax, a veneno, aut altero morbo dependens.

233 G. XVIII. AMENTIA.

Delirium universale mite, sine furore et audacia, cum morbo diuturno.

234 G. XIX. MELANCHOLIA.

Delirium particulare mite, cum moerore, ac morbo diuturno.

235 G. XX. MANIA.

Delirium universale cum furore, vel audacia et morbo diuturno.

236 G. XXI. DÆMONOMANIA.

Delirium melancholicum, quod vulgo diaboli potentiae tribuitur.

O. IV. VESANIÆ ANOMALÆ.

Morbi prioribus affines.

237 G. XXII. AMNESIA.

Omnis memoriae feriatio.

238 G. XXIII. AGRYPNIA.

Pervigilium continuum immodicumve.

CL. IX. FLUXUS.

Ejectio fluidorum aut contentorum, quae quantitate, qualitate, deſuetudine notabilis eſt.

O. I. SANGUIFLUXUS.

Sanguinis vel ſanguinolentae materiae ejectio ſine alvi fluxu.

239 G. I. HÆMORRHAGIA.

Fluxus ſanguinis è naribus.

240 G. II. HÆMOPTYSIS.

Sanguinis expectoratio cum tuſſi ſine pyrexia acuta.

241 G. III. STOMACACE.

Fluxus ſanguinis è gingivis ſaepius foetidis, putridiſve.

242 G. IV. HÆMATEMESIS.

Sanguinis rejectio ex oeſophago cum vomitorio conatu.

243 G. V. HÆMATURIA.

Sanguinis fluidive rubri per vias urinarias emiſſio.

244 G. VI. MENORRHAGIA.

Sanguinis per uterum aut vaginam fluxus vitioſus.

245 G. VII. ABORTUS.

Foetus immaturi, ſaepius cum menorrhagia ex utero excluſio.

O. II. ALVIFLUXUS.

Materierum in primis viis contentarum vitioſa per os aut anum rejectio.

I. Alvifluxus ſanguinolenti.

246 G. VIII. HEPATIRRHOEA.

Alvifluxus per inferiora ſeroſo-cruentus nec ater nec torminoſus.

247 G. IX. HÆMORRHOIS.

Fluxus cruentus, ex podice, vel recto mariſcis ruptis obſito.

248 G. X. DYSENTERIA.

Frequens, torminoſa, ſaepe teneſmodes, foecum cruentarum per inferiora dejectio.

249 G. XI. MELÆNA.

Fluidi atri per ſuperiora, vel inferiora frequens rejectio.

II. Alvifluxus non ſanguinolenti.

250 G. XII. NAUSEA.

Inanis vomendi conatus, et flatus tantum per os emiſſio; affinis eſt aëri fluxibus.

251 G. XIII. VOMITUS.

Palpabilium materierum, non cruentarum, facta per os, oeſophagumque rejectio frequens.

252 G. XIV. ILEUS.

Atrox circa epigaſtrium dolor, ſeu gaſtrodynia, alvi conſtipatio, et foeculentae demum materiae vomitio.

253 G. XV. CHOLERA.

Vomitio bilioſa aut acris aſſidua et diarrhoea violenta cum dolore abdominis, virium proſtratione et non raro ſurarum crampis.

254 G. XVI. DIARRHOEA.

Excrementitiorum humorum frequens, vel intempeſtiva dejectio.

255 G. XVII. COELIACA.

Albeſcentium, aut chylacearum materierum dejectio.

256 G. XVIII. LIENTERIA.

Celeris ſtatim a paſtu facta ingeſtorum, vix mutatorum, dejectio.

III. Cachexiæ, coloris, figuræ, molis in corporis habitu mutatio abſque febre vehementi.

IV. Dolores, ſenſationes moleſtæ ad febres, aut phlegmaſias non referendæ.

V. Fluxus, exitus inſoliti cujuſvis ſolidi, vel fluidi è corpore eſt character hujus claſſis.

VI. Suppressiones, meatuum impeditio; hinc excretionum conſuetarum in ſanitate impedimentum manu chirurgica non curandum.

VII. Anhelationes, motus ſpaſmodici iterati, defatigantes pectoris, cum reſpiratione ſonora, moleſta, ſine febre notabili.

VIII. Spasmi, contractio vel conſtans, vel interpolata, invita, muſculorum motum localem efficientium.

IX. Debilitates, impotentia ſentiendi, adpetendi, imaginandi, organa, artuſque movendi more ad ſanitatem neceſſario.

X. Phlegmasiæ, febris cum pulſu duro, dolore topico, inflammatione partis.

XI. Febres, frigus, calor, pulſus frequens, reſpiratio aucta viribus artuum imminutis, depravatis; vel ſola virium

artuum notabilis imminutio sine mutatione pulsus; sine evacuatione notabili &c.

XII. VESANIÆ, error mentis in imaginatione, adpetitu, judicio.

CLASSIS I.

GENERUM CHARACTERES.

VITIA.

Character Classis: Syndrome symptomatum cutaneorum in solidis palpabilium, morbi Chirurgici vulgo dicti.

ORDO I. MACULÆ, *mutationes coloris nativi.*

I. LEUCOMA, macula opacans corneam.

II. VITILIGO, macula cutem deprimens corymbosa.

III. EPHELIS, macula cutis corymbosa, fusca.

IV. GUTTA ROSEA, macula faciei corymbosa, rubra.

V. NÆVUS, macula congenita protuberans, vel non.

VI. ECCHYMOMA, macula a sanguine sub cute effuso.

ORDO II. EFFLORESCENTIÆ, *tumores humorales exigui, gregales absque pyrexia.*

VII. PUSTULA, phyma parvulum apice suppurans, rumpendum, subin in crustam abiens.

VIII. PAPULA, phyma parvulum desquamandum, nec suppurans.

IX. PHLYCTÆNA, vesicula fluido seroso plena.

X. VARUS, tuberculum durum, constans.

XI. HERPES, papularum prurientium corymbus.

XII. EPINYCTIS, phlyctænarum atrarum dolens congeries.

XIII. PSYDRACIA, phymata erysipelatosa.

XIV.

XIV. HIDROA, exanthemata miliaria phlyctænoidea ſine febre ac aſthenia.

ORDO III. PHYMATA, *tumores humorales ſolitarii.*

XV. ERYTHEMA, phyma rubrum calens, diffuſum.

XVI. OEDEMA, phyma album, indolens, molle, impreſſionem digiti ſervans.

XVII. EMPHYSEMA, phyma pallidum, elaſticum.

XVIII. SCIRRHUS, phyma durum, indolens, cuti concolor.

XIX. BUBO, phyma ſcirrhoſo-phlegmonoideum in glandulis plerumque inguinalibus.

XX. PAROTIS, bubo juxta aurem.

XXI. FURUNCULUS, phyma ſubdurum, inflammatum, prominens, verticem habens incongerendum.

XXII. ANTHRAX, phyma apice gangrænoſum, in ambitu inflammatum.

XXIII. CANCER, phyma ſcirrhoſum, lancinans.

XXIV. PARONYCHIA, phlegmone extremi digiti.

XXV. PHIMOSIS, phlegmone præputii.

ORDO IV. EXCRESCENTIÆ, *tumores à ſolidis morboſe adauctis.*

XXVI. SARCOMA, excreſcentia carnoſa.

XXVII. CONDYLOMA, excreſcentia cutanea tendineave.

XXVIII. VERRUCA, excreſcentia cutanea globoſa.

XXIX. PTERYGIUM, excreſcentia plana in oculi cantho.

XXX. HORDEOLUM, excreſcentia varo ſimilis ad tarſos palpebræ.

XXXI. BRONCHOCELE, excreſcentia gutturis.

XXXII. EXOSTOSIS, excreſcentia oſſis inſtar dura.

ORDO

ORDO V. Cystides, *tumores capsulati fluido referti.*

XXXIII. Aneurysma, cystis arteriosa, pulsu noscenda.

XXXIV. Varix, cystis venosa.

XXXV. Hydatis, cystis lymphæ ductuum.

XXXVI. Marisca, tumor sanguine turgens in margine podicis, isque pertinax.

XXXVII. Staphyloma, cystis corneæ, vel corneam perforans.

XXXVIII. Lupia, cystis in articulis spisso fluido plena.

XXXIX. Hydarthrus, cystis articuli aquosa.

XL. Apostema, cystis purulenta.

XLI. Exomphalos, cystis umbilicalis sæpius aquosa.

XLII. Oscheophyma, cystis in scroto variis repleta.

ORDO VI. Ectopiæ, *partium solidarum è sua sede dimotio sensibus obvia, continentibus relaxatis.*

XLIII. Exophthalmia, ectopia oculi.

XLIV. Blepharoptosis, ectopia palpebræ.

XLV. Hypostaphile, ectopia uvulæ.

XLVI. Paraglosse, ectopia linguæ.

XLVII. Proptoma, ectopia appendicis alicujus corporis externæ morbosa.

XLVIII. Exania, prolapsus ani.

XLIX. Exocystes, prolapsus vesicæ urinariæ.

L. Hysteroptosis, prolapsus uteri.

LI. Gastrocele, hernia stomachi.

LII. Omphalocele, hernia umbilici.

LIII. Laparocele, hernia ventralis seu abdominalis.

LIV. Merocele, hernia cruralis.

LV. Bubonocele, hernia inguinalis.

LVI. Opoodeocele, hernia foraminis ovalis.

LVII. Ischiocele, hernia intra tuber ischii & os sacrum.

LVIII. Colpocele, hernia vaginalis.

LIX. Perinæocele, hernia perinæi.

LX. Encephalocele, hernia cerebri.

LXI. Hysteroloxia, uteri obliquitas.

LXII. Parorchidium, ectopia testiculi.

LXIII. Exarthrema, ossium mobilium luxatio.

LXIV. Diastasis, ossium immobilium recessus.

LXV. Loxarthrus, ossium immobilium obliquitas respectiva citra spasmum & exarthrema.

ORDO VII. Plagæ, *continui solutiones.*

LXVI. Vulnus, continui solutio molli in parte hians, cruenta.

LXVII. Operatio, studiosa solutio continui ad aliquid eximendum: ut lithotomia.

LXVIII. Punctura, continui solutio intus extensa tantum, eaque instrumento pungente.

LXIX. Sutura, studiosis puncturis mediante acu factis, filisque trajectis solutorum contractio.

LXX. Morsus, vulnus armis animalium factum.

LXXI. Contusio, partis cujuscunque in minimis vasculis, particulis adtritio, fractio.

LXXII. Ambustio, plaga igne facta, succedentibus inflammatione, phlyctænis, vel eschara.

LXXIII. Fractura, divisio ossium in fragmenta separabilia.

LXXIV. Fissura, ossium divisio rimam referens.

LXXV. Ruptura, ligamentorum, tendinumve ab ossibus divulsio, ruptio, excoriatio.

LXXVI. Amputatio, vulnus detruncatione partis totalis factum.

LXXVII. Ulcus, vulnus suppuratum partis carnosæ. Fistula, ulcus cortice calloso vaginatum, ore angustatum.

LXXVIII. Rhagas, fissura cutis arida.

LXXIX. Eschara, crusta mortua partis sæpius causticis facta.

LXXX. Caries, ossis erosio cava, vel aspera periostio exfoliato denudata plerumque nigra.

LXXXI. Arthrocace, ulcus medullæ cum ossis carie, exostosi.

ORDO VIII. Deformitates, *vitia vix sanitatem lædentia.*

LXXXII. Gibbositas, thoracis dilatatio prominens.

LXXXIII. Lordosis, ossium incurvatio absque molestia.

LXXXIV. Lagostoma, labium oris fissum.

LXXXV. Apella, præputii, vel alterius partis liberæ abbreviatio.

LXXXVI. Imperforatio, præclusio meatus naturalis; ut ani, vaginæ &c.

LXXXVII. Polymerisma, partium integrantium numerum ordinarium excessus.

LXXXVIII. Epidosis, appendicum incrementum inconsuetum, sanum, ut labii &c.

LXXXIX. Anchylomerisma, partium concretio.

XC. Hirsuties, pili copiosiores, longioresque.

XCI. Cicatrix, callus replens ulcerationes consolidatas.

CLAS-

CLASSIS II.

GENERUM CHARACTERES.

EXANTHEMATA.

Character Classis: Febris cum efflorescentia cutis maculata, varia, pustulosa, papulosa, phlyctænoidea &c. sæpius maligna.

ORDO I. Exanthemata, *contagiosa*.

XCII. Pestis, eruptio bubonum, anthracum, purpuræ, pemphigi, pyrexia typhodes.

XCIII. Variola, eruptio pustularum phlegmonoidearum; hæ suppurantes, escharoticæ, deciduæ, cicatrisantes; febris decatessara; præludit cephalalgia, lumbago, & subin vomitus, nausea.

XCIV. Pemphigus, eruptio phlyctænarum avellanis similium in artubus, pyrexia.

XCV. Purpura, eruptio maculosa, indolens, similis pulicum morsui, sine tamen puncto infixionis aculei, cum febre typho, vel remittente, lingua plerumque profunde rubra.

XCVI. Rubeola, papulæ rubræ, uniformes, evanescenti-furfuraceæ, febris hebdomadaria, præludium catarrhosum.

XCVII. Miliaris, eruptio phlyctænarum milii semine non majorum cum sudore vappido, febris continua vel remittens; præludit oppressio præcordiorum, pulsus contractus, urina minus tincta, semipellucida, asthenia, lingua plerumque alba.

XCVIII. Erysipelas, eruptio erythematis cum febre decatessara; tumidula superficialis, dilatabilis, desquamabilis.

XCIX. Scarlatina, eruptio maculosa ruberrima, pruriens, papulosa, irregularis, desquamabilis, sine præludio catarrhali, cum febre plerumque ephemera.

C. Essera, eruptio plerumque apyreta, suberysipelatosa subito accedens per vices & recedens; *vidi hanc in puero semel cum febre ephemera gravi, & sub recessione esseræ qualibet alvus fluebat cruenta.*

CI. Aphtha, eruptio pustulosa, phlyctænoidea, & ulcerosa dolens & urens in ore, vel pudendis, febris hectica obscura, somnolentia. *An in pudendis observatæ dum in ore exstant? Saltem id vidi in meis infantibus.*

CLASSIS III.

GENERUM CHARACTERES.

CACHEXIÆ.

Character Classis: Vitiosus corporis habitus quoad volumen, æqualitatem, & colorem.

ORDO I. Macies, *diminutio voluminis corporis ex consumptione pinguedinis, vel sanguinis defectu.*

CII. Tabes, macies cum amphimerina lenta sine tussi.

CIII. Phthisis, macies cum amphimerina lenta, tussi & anacatharsi purulenta: *Dulcamara una sors medicina?*

CIV. Atrophia, macies sine febre & tussi.

CV. Haemataporia, macies ex inopia sanguinis. Descriptio: *successu accedens virium debilitas, pertinacior aurium*

sibilus;

ſibilus, appetitus languens, facies lurida, epidelio tecta, pallidiſſima, alvi fluxus, diabetes, ſudores ſubin profuſi, lipothymiæ, tibiæ tumidæ, quandoque hydrothorax his ſuccedens, vigiliæ, ſuſpiria, animi abjectio, mæror, mortis timor, pulſus vacuus. Lieutaud pag. 52. Ant. de Haen Tom. VI. pag. 114.

CVI. Aridura, macies, exſiccatio, unius tantum partis.

ORDO II. Intumescentiæ, *deformitas ex volumine, mole, auctis.*

CVII. Plethora, intumeſcentia univerſalis ex abundantia boni ſanguinis: Diagnoſis; *amyſtidis & ventris cultus, pulſus plenus, venarum amplitudo conſpicua, æſtus & gravitas totius corporis, reſpirandi difficultas, laſſitudo ſpontanea, ſtupor artuum, partes epidelio tectæ ruberrimæ, temperamentum ſublaxum.*

CVIII. Polysarcia, intumeſcentia univerſalis ab adipe.

CIX. Pneumatosis, intumeſcentia univerſalis ab aëre.

CX. Anasarca, intumeſcentia univerſalis œdematoſa.

CXI. Phlegmatia, intumeſcentia partium inferiorum œdematoſa.

CXII. Physconia, intumeſcentia abdominis à partibus ſolidis ſine graviditate & fluctuatione.

CXIII. Graviditas, intumeſcentia abdominis ab hypogaſtrio incipiens, opus generationis ſubſequens & partu terminanda; pathemata gravidarum, menoſtaſia, mutationes oris tineæ, motus infantis.

ORDO III. Hydropes Partiales, *tumores à fluidis in cavitatibus congeſtis, abdomine, &c.*

CXIV. Hydrocephalus, hydrops capitis à ſero.

CXV. PHYSOCEPHALUS, hydrops capitis à flatu.

CXVI. HYDRORACHITIS, tumor cysticus ex hiatu vertebrarum lumbarium in recens natis protuberans.

CXVII. ASCITES, hydrops totius abdominis à fluido non elastico, gravis & fluctuosus.

CXVIII. HYDROMETRA, tumor hypogastrii sine graviditate ab utero fluidis distento, rotundus, gravis, fluctuans.

CXIX. PHYSOMETRA, tumor hypogastrii à flatu uterum distendente; rotundus, elasticus, levis, bombos ad pressionem emittens.

CXX. TYMPANITES, hydrops totius abdominis à flatu, elasticus & levis.

ORDO IV. TUBERA, *tumores partium solidarum non hydropici, externi, cachexia.*

CXXI. RACHITIS, deformitas ex articulorum tumore duro, carnium marcore, capitis mole; ingenium præcox in infantibus, ossiumque flexilitas.

CXXII. SCROPHULA, tumor scirrhosus glandularum colli, mesenteriique cum labiis nasoque crassioribus.

CXXIII. CARCINOMA, ulcera cancrosa cum doloribus lancinantibus, serpentia, vasa tumida atrorubra.

CXXIV. LEONTIASIS, cognoscitur ex papillis setaceis, vel corniculatis cutim exasperantibus: *aspectus hominis ferinus.*

CXXV. MALIS, tumores sæpius purulenti, vel ulcera cum insectis vermiformibus passim enata.

CXXVI. FRAMBÆSIA, excrescentiæ fungosæ mori instar granulosæ sæpius cum ulceribus.

ORDO

ORDO V. Impetigines, *morbi contagiosi chronici, qui cutis excrescentias, tumores gregales, exulcerationes, crustas, inducunt.*

CXXVII. Syphilis, ulcuscula, porri, bubones, ficus, nodi, tophi post gonorrhæam plerumque; dein pustulæ crustosæ, dolores nocturni, osteocopi, exostoses, caries, macies, & color luridus, morbum adesse loquuntur palam.

CXXVIII. Scorbutus, stomacace, maculæ lividæ, violaceæ, lassitudo matutina, lurida facies, urina pellicula tecta: *scorbutus acidus probabiliter est chimæra.*

CXXIX. Elephantiasis, facies deformis, tubera callosa, ozæna, raucedo, cutis elephantina, crassa, unctuosa, in extremis artubus anæsthesia.

CXXX. Lepra, cognoscitur ex tuberculis, scabie majoribus, vel crustis & squamis diffusis, herpeticis, pruriginosis, escharoticis.

CXXXI. Scabies, pustulæ pruriginosæ lentis magnitudine inter digitos, poplitem, &c. primum phlyctænoideæ, dein crusta albicante tectæ.

CXXXII. Tinea, cognoscitur ex crustis flavis, vel griseis, ulcerosis, per caput dispersis.

ORDO VI. Icteritiæ, *cognoscuntur ex totius cutis colore inassueto, pallido, flavo, nigro, rubro, lurido, sine pyrexia notabili.*

CXXXIII. Aurigo, flavedo ad aureum vel aurantium tendens colorem, præcipue scleroticæ.

CXXXIV. Melasicterus, color cutis, vel & scleroticæ niger, atrolividus, fuliginosus.

CXXXV.

CXXXV. Phoenigmus, color ruber cutis, maculosus, diffusus sine pyrexia.

CXXXVI. Chlorosis, est pallor, vel fuscus color cutis, oculis minime flavis, sæpius cum pica.

ORDO VII. Cachexiæ Anomalæ, *noscuntur ex signis classeos, & adfinitate cum prioribus ordinibus.*

CXXXVII. Phthiriasis, exortus pediculorum cum exulceratione & alopecia.

CXXXVIII. Trichoma, cognoscitur ex capillis invicem complicatis, adglutinatis inextricabiliter sæpius cum phthiriasi.

CXXXIX. Alopecia, capillorum lapsus, cuticulæ desquamatio.

CXL. Elcosis, copiosa, ampla, ulcera, chronica, fœtida, cariosa cum pyrexia lenta.

CXLI. Gangræna, mors partis, laxa dein resolutio, foetor.

CXLII. Necrosis, partis mors sine prævio tumore, lenta, ordinario cum dolore rodente, dein exsiccatio, induratio, nigredo.

CLASSIS IV.

GENERUM CHARACTERES.

DOLORES.

Character classis: ingrata & molesta sensatio, aut imaginatio, qualis ex nervearum partium laceratione, rosione, ustione, pressione, distractione, oritur, reliqua symptomata superans hanc definit classem.

ORDO

ORDO I. Dolores Vagi, *sæpius universales*, *aut cutanei, ad phlegmasias non referendi.*

CXLIII. Arthritis, articulorum dolor spontaneus, periodicus a synovia corrupta.

CXLIV. Osteocopus, ossium dolor non erraticus & internus in artubus a periostio infecto.

CXLV. Rheumatismus, dolor diuturnus in parte carnosa artuum sine rheumate.

CXLVI. Catarrhus, collo vicinarum partium dolor à frigore suscepto, cum tussi, coryza, &c.

CXLVII. Anxietas, molestia, ad loci mutationem continuam cogens.

CXLVIII. Lassitudo, molestia cum debilitate, quæ ad quietem invitat.

CXLIX. Stupor, molestia, quæ sensum tactus obscurat.

CL. Pruritus, molestia, ad scalpendum cogens.

CLI. Algor, molestia, qualis à summo aëris frigore excitatur.

CLII. Ardor, molestia qualis a summo aëris calore producitur.

ORDO II. Dolores Capitis, *faciei vel capillitii.*

CLIII. Cephalalgia, gravativus capitis dolor.

CLIV. Cephalæa, periodicus, diuturnus, tensivus capitis dolor.

CLV. Hemicrania, dolor alterutrius lateris frontis.

CLVI. Ophthalmia, dolor oculi cum rubore, lucis intolerantia.

CLVII. Otalgia, dolor aurium.

CLVIII. Odontalgia, dolor maxillarum, dentiumque.

ORDO III. Dolores Pectoris, *anhelationis expertes.*

CLIX. Pyrosis, ardor œſophagi ad ſtomachum extenſus.

CLX. Cardiogmus, dolor cordis cum ejus pulſatione.

ORDO IV. Dolores Abdominis *interni.*

CLXI. Cardialgia, moleſtia in ſtomacho ſyncopen minitans.

CLXII. Gastrodynia, dolor vehemens epigaſtrii, ſtomachive.

CLXIII. Colica, dolor inteſtinorum.

CLXIV. Hepatalgia, dolor hypochondrii dextri, hepatiſve.

CLXV. Splenalgia, dolor vel moleſtia in regione lienis.

CLXVI. Nephralgia, dolor lumbi alterutrius ureteris ductum ſequens, cum nauſea, teſtis retractione in viris, ruris ſtupore in fœminis, ſine febre acuta.

CLXVII. Hysteralgia, dolor uteri ſine niſu parturitionis, & phlegmaſia magna.

ORDO V. Dolores Externarum *partium locales.*

CLXVIII. Mastodynia, dolor mammarum.

CLXIX. Rachialgia, dolor abdominis & ſpinæ dorſi in brachiorum paralyſin, aut convulſiones deſinens.

CLXX. Lumbago, dolor lumborum corporis erectionem impediens.

CLXXI. Ischias, pelvis & coxendicis dolor ſæpius claudicationem inducens: *hoc morbo multum laboravi ipſus, venæ ſectio & infuſum caffeæ nigrum ſemper me juvit, & penitus liberavit abſtinentia à vinis acidis.*

CLXXII. Proctalgia, dolor podicis citra teneſmum & phlegmaſiam.

CLXXIII.

CLXXIII. PUDENDAGRA, dolor genitalium citra dysuriam, ischuriam, phlegmasiam notabilem.

CLXXIV. DIGITIUM, dolor periodicus articuli cujusdam digiti cum emaciatione sine omni phlegmasia; ossis friabilitas: vide *Sauvages* p. 150. T. I.

CLASSIS V.

GENERUM CHARACTERES.

FLUXUS.

Character Classis: exitus insolitus cujusvis fluidi, vel solidi è corpore.

ORDO I. SANGUIFLUXUS, *sanguinis vel saltem sanguinolentæ materiæ ejectio sine alvi fluxu.*

CLXXV. HÆMORRHAGIA, fluxus sanguinis è naribus.

CLXXVI. HÆMOPTYSIS, sanguinis expectoratio cum tussi sine pyrexia acuta.

CLXXVII. STOMACACE, fluxus sanguinis è gingivis sæpius fœtidis, putridisve.

CLXXVIII. HÆMATEMESIS, sanguinis rejectio ex œsophago cum vomitorio conatu, observantur & fæces alvi sanguine tinctæ.

CLXXIX. HÆMATURIA, sanguinis, fluidive rubri per vias urinarias emissio.

CLXXX. MENORRHAGIA, sanguinis per uterum, aut vaginam fluxus vitiosus, nimius.

CLXXXI. ABORTUS, fœtus immaturi, sæpius cum menorrhagia ex utero exclusio.

ORDO II. ALVIFLUXUS *ſanguinolenti.*

CLXXXII. HEPATIRRHOEA, eſt alvi fluxus per inferiora ſanguinolentus, nec ater, nec torminoſus.

CLXXXIII. HÆMORRHOIS, eſt fluxus cruentus ex podice; ſubin vero glutinoſus, ut ego habeo; vel ex recto mariſcis ſæpius obſito.

CLXXXIV. DYSENTERIA, eſt frequens, torminoſa, ſæpe teneſmoidea, mucoſarum & ſanguinolentarum fæcum depoſitio per inferiora.

CLXXXV. MELÆNA, fluidi atri per ſuperiora, vel inferiora rejectio: *vidi ſæpius.*

ORDO III. ALVIFLUXUS *non ſanguinolenti.*

LXXXVI. NAUSEA, eſt inanis vomendi conatus, & flatuum aut muci ex ore exigui tantum per os emiſſio: *flatulentiæ genus analogum.*

CLXXXVII. VOMITUS, eſt palpabilium materierum non cruentarum facta per os, œſophagumque rejectio frequens ex ventriculo.

CLXXXVIII. ILEUS, gaſtrodynia, obſtipatio, anxietas, & vomitus demum fæculentæ materiæ determinant hunc morbum.

CLXXXIX. CHOLERA, eſt ſyndrome ex vomitu, diarrhœa, gaſtrodynia & ſubin ſurarum crampo.

CXC. DIARRHOEA, eſt excrementitiorum humorum frequens, copioſior, vel intempeſtiva dejectio.

CXCI. COELIACA, eſt albeſcentium, aut chyliacearum materierum per alvum dejectio plerumque profuſa: *in Venerabili Domino Stamitz vidi hanc.*

CXCII. LIENTERIA, eſt vix mutatorum ingeſtorum dejectio; *morbus hic frequens, ſanabilis.*

CXCIII.

CXCIII. TENESMUS, muci pauci frequens dejectio per anum cum intensa dejiciendi cupiditate, & assiduo conatu.

ORDO IV. SERIFLUXUS, *fluidi nec sanguinolenti, nec per alvum effluxus morbosus.*

CXCIV. EPHIDROSIS, est sudoris quantitate, qualitate, intempestivitate, peccantis effluxus.

CXCV. EPIPHORA, est vitiosus ex oculis humoris lacrymalis, sebacei, vel purulenti effluxus.

CXCVI. CORYZA, est humoris serosi, mucosive è naribus effluxus sine ozæna, plerumque cum gravedine.

CXCVII. PTYALISMUS, est salivæ uberior, frequentiorve ex ore rejectio, aut destillatio.

CXCVIII. ANACATHARSIS, est muci, purisve è pectore facta per os cum tussi rejectio.

CXCIX. DIABETES, subita post pastum potulentorum, vel urinæ utcunque coctæ nimia copia cum magna siti, per urinæ vias emissio.

CC. ENURESIS, involuntaria doloris & ardoris expers mictio.

CCI. PYURIA, est purulentæ, albescentis, aut viscido-mucosæ materiei mictio: *physice castis bonis avibus Jubin accidit.*

CCII. LEUCORRHOEA, est seroso-flavæ, puriformis, fœtidæ, atræ, materiæ ex utero delapsus, effluxus.

CCIII. LOCHIORRHOEA, lochiorum nimius fluxus.

CCIV. GONORRHOEA, est stillicidium fluidi seminalis, vel puriformis ex urethra, aut vagina.

CCV. GALACTIRRHOEA, est stillicidium lactis ex mammis.

CCVI. OTORRHOEA, est fluxus ex auris cavo, ambitu, aut parte postica.

ORDO V. Aerifluxus, *est flatus halitusve vitiosa emissio.*

CCVII. Flatulentia, est morbus flatuum per inferiora, vel superiora emissione frequenti, & borborygmis designatus.

CCVIII. Aedopsophia, est flatuum per urethram, vel vaginam ex utero emissio: *virginem salacem audivi sonitus hos emittere.*

CCIX. Dysodia, est fœtor sudoris, variorumque miasmatum exsudantium: *huc possunt referri & hæmorrhoides albæ, &c.*

CLASSIS VI.

GENERUM CHARACTERES.

SUPPRESSIONES.

Character Classis: meatuum impeditio, hinc solitarum excretionum in sanitate impedimentum.

ORDO I. Serosorum *suppressiones.*

CCX. Adiapneustia, transpirationis naturalis & liquoris humectantis organa suppressio.

CCXI. Sterilitas, fecunditatis seu conceptus impedimenta, aut impeditio.

CCXII. Ischuria, urinæ retentio sine, vel cum ejusdem secretione; tumor aliquando hypogastrii, vel stupor renum adest.

CCXIII. Dysuria, difficilis & dolorifica, sæpius ardens, urinæ emissio.

CCXIV. Aglactatio, lactis defectus.

CCXV. Dyslochia, lochiorum suppressio.

ORDO

ORDO II. INGERENDORUM *ſuppreſſiones.*

CCXVI. DYSPHAGIA, deglutitio impedita.

CCXVII. ANGINA, reſpiratio impedita cum ſenſu obicis in gutture, cum, vel ſine dyſphagia, abſque phlegmaſia.

ORDO III. SUPPRESSIONES *imi ventris.*

CCXVIII. METEORISMUS, eſt inflatio flatulenta, vel epigaſtrii, vel in morbo acuto ipſius abdominis: *cholera ſicca eſt ſpecies meteoriſmi.*

CCXIX. MENOSTASIA, menſtrua ſuppreſſa ac dolorifica.

CCXX. DYSTOCIA, partus difficilis, impoſſibilis.

CCXXI. DYSHÆMORRHOIS, ſuppreſſio ſuetarum hæmorrhoidum.

CCXXII. OBSTIPATIO, alvus ſegnis, obſtructa: *ab hæmorrhoidibus internis tumentibus, & obſtipationem pertinacem cauſantibus ſiniſtre tractatus pannitonſor Hoffmann vir dives mortuus eſt.*

CLASSIS VII.

GENERUM CHARACTERES.

ANHELATIONES.

Character Claſſis: motus ſpaſmodici, iterati pectoris cum reſpiratione ſonora, moleſta, abſque pyrexia notabili.

ORDO I. SPASMODICÆ, *inſultus fugaces ſæpius iterati cum exſpiratione ſonora.*

CCXXIII. EPHIALTES, anhelatio difficilis querula, cum inſomnio terrifico oppreſſivo.

CCXXIV. STERNUTATIO, concuſſio violenta pectoris, cum exſpiratione veloci narium interiora everrente & ſonora.

CCXXV.

CCXXV. OSCEDO, repetita, lenta, profunda inſpiratio, ore hiante, ſæpius cum pandiculatione.

CCXXVI. SINGULTUS, concuſſio diaphragmatis cum inſpiratione ſubito interrupta, ſonora.

CCXXVII. TUSSIS, concuſſio ſonora, violenta, pectoris cum exſpiratione ad pulmonem quodam obice liberandum.

ORDO II. OPPRESSIVÆ, *conſtantes cum metu ſuffocationis.*

CCXXVIII. STERTOR, reſpiratio inter inſpirandum ſonum gravem, tremulum in gutture edens, ſæpe cum alterno ſibilo.

CCXXIX. ASTHMA, eſt morbus chronicus, cujus præcipuum ſymptoma eſt periodice recurrens reſpirandi difficultas.

CCXXX. ORTHOPNOEA, eſt præceps & ut plurimum acuta reſpirandi difficultas.

CCXXXI. DYSPNOEA, eſt difficultas reſpirandi chronica, ut in aſthmate, ſed non intermittens, unde ab aſthmate differt.

CCXXXII. PLEURODYNE, anhelatio cum pectoris dolore ſine febre.

CCXXXIII. RHEUMA, cognoſcitur ex difficultate reſpirandi cum ſenſu gravitatis in pectore, quam comitantur, vel præcedunt coryza, ſternutatio, raucedo, cephalalgia, tuſſis: vix adeſt pyrexia notabilis: *endemius hic morbus.*

CCXXXIV. HYDROTHORAX, differt à dyſpnœa faciei pallore, manuum & pedum atque ſcroti œdemate, ſymptomatis

ſymptomatis ephialtis; decubitus horizontalis impoſſibilis, pulſatio, fluctuatio aquarum ad finem advertitur: *ut in P. Einbach* obſervavi; inſuper tuſſis ſicca, vel humida, gravitatio & preſſio ad diaphragma, pulſus contractus, intermittens, inæqualis, cordis palpitatio, diagnoſin hujus morbi firmant.

CCXXXV. Empyema, differt ab hydrothorace per febrem hecticam, phthiſicam, magis evidentem, maciem, prægreſſam aliquam phlegmaſiam pectoralem neglectam, ſudores profuſos nocturnos, ruborem genarum, poſt paſtum dyſpnœam majorem, &c.

CLASSIS VIII.

GENERUM CHARACTERES.

SPASMI.

Character Claſſis: contractio vel conſtans, vel interpolata; muſculorum motum localem efficientium, eaque invita.

ORDO I. Spasmi Tonici *partiales, rigiditas organi, vel artus determinati.*

CCXXXVI. Strabismus, oculi ſpaſmus axium opticarum divergentiam inferens.

CCXXXVII. Trismus, maxillæ inferioris ſpaſmus tonicus, vel etiam aliquando clonicus.

CCXXXVIII. Obstipitas, torticollis vulgo, colli ſpaſmus tonicus, capitis nativam mobilitatem & directionem mutans.

CCXXXIX. Contractura, artus cujuſdam: ut brachii, cruris, &c. conſtans diuturna rigiditas.

CCXL. Crampus, ſubitanea, fugax, dolorifica muſculi rigiditas.

CCXLI. Priapismus, penis injucunda rigiditas.

ORDO II. Spasmi Tonici *generales.*

CCXLII. Tetanus, ſpaſmus generalis tonicus ſubito ortus cum dyſpnœa.

CCXLIII. Catochus, ſpaſmus generalis tonicus ſenſim factus ſine dyſpnœa.

ORDO III. Spasmi Clonici *partiales, agitatio invita & coacta cujuſdam organi, vel artus, cujus motivum non percipitur.*

CCXLIV. Nystagmus, ſpaſmus clonicus oculi vel palpebræ.

CCXLV. Carphologia, ſpaſmus clonicus manuum, carpive in acutis.

CCXLVI. Pandiculatio, ſpaſmus artus ſucceſſive extendens per vices, ſemivoluntarius.

CCXLVII. Apomyttosis, ſuccuſſio cutis & capitis tremula, violenta, cum exſpiratione ſonora quaſi ſtertoroſa.

CCXLVIII. Convulsio, agitatio invita artus vel muſculi cum animæ libertate, circumſtantiarum perceptione; periodica.

CCXLIX. Tremor, artus alterna per itus & reditus frequentes motitatio cum movendi voluntate concurrens.

CCL. Palpitatio, pulſatio in regione cordis pulſui arteriarum numero, minime vero intenſitate reſpondens.

CCLI. Claudicatio, eſt inter gradiendum cruris motus, quo centrum gravitatis trunci ſenſibiliter dextrorſum, vel ſiniſtrorſum transfertur.

ORDO

ORDO IV. Spasmi Clonici *generales.*

CCLII. Phricasmus, eſt totius cutis ſuccuſſio frigorifera.

CCLIII. Eclampsia, eſt artuum, vel muſculorum plurimorum ſpaſmus clonicus acutus, cum ſenſuum obſcuratione.

CCLIV. Epilepsia, eſt ſpaſmus clonicus, periodicus, chronicus, artuum cum ſenſuum obſcuratione: *oleum ſtillatitium radicis valerianæ huc uſque mihi contra hæc duo mala ſummum remedium obſervatum, quod per meos pharmacopæos egregios & expertos deſtillari curo.*

CCLV. Hysteria, eſt artuum, organorumque etiam internorum ſpaſmus clonicus, tonicuſve, paroxyſmis fugacibus leviter variantibus, cum mortis formidine intenſa; urina hyalina, larga: *contra hyſteriam oleum deſtillatum eſſentiale vulvariæ fors adhuc palmam feret, quod pharmacopæi mei me authore parant.*

CCLVI. Scelotyrbe, eſt motus ſemivoluntarius vel unius lateris, vel totius corporis inter gradiendum, geſticulationem, aut ridiculam hiſtrionis feſtinationem referens.

CCLVII. Beriberia, eſt motus gradientium genua retrahens cum tremore, formicationis ſenſu, vocis raucedine, Indis familiaris morbus.

CLASSIS IX.

GENERUM CHARACTERES.

DEBILITATES.

Character Classis: impotentia sentiendi, appetendi, imaginandi, organa artusque movendi, more ad sanitatem necessario.

ORDO I. Dysæsthesiæ, *impotentia clare sentiendi.*

CCLVIII. Cataracta, visus debilitas ob maculam opacam pone & post pupillam: *extractum hyoscyami hucusque mihi nihil præstitit exhibitum.*

CCLIX. Caligo, visus debilitas obicibus opacis citra pupillam positis.

CCLX. Amblyopia, visus debilitas respective ad situm, gradum lucis, distantiam objecti, oculis pellucidis.

CCLXI. Amaurosis, visus debilitas absoluta sine ulla organi opacitate observabili.

CCLXII. Anosmia, odoratus debilitas, aut olfaciendi impotentia.

CCLXIII. Agheustia, gustus debilitas, aut gustandi impotentia.

CCLXIV. Dysecoea, auditus debilitas obicibus extra labyrinthum positis.

CCLXV. Paracusis, voces articulatas distincte audiendi difficultas vel impotentia.

CCLXVI. Cophosis, sonos etiam simplices percipiendi vel audiendi difficultas aut impotentia, obice intra vel ultra labyrinthum posito.

CCLXVII. ANÆSTHESIA, tactus in toto corpore debilitas vel obſcuritas ſine ſtupore & ſopore.

ORDO II. ANEPITHYMIÆ, *appetituum ſenſitivorum debilitas notabilis.*

CCLXVIII. ANOREXIA, famis ſeu appetitus feriatio.

CCLXIX. ADIPSIA, ſitis feriatio.

CCLXX. ANAPHRODISIA, ſuppreſſio libidinis, feriatio, ſeu debilitas, aut impotentia.

ORDO III. DYSCINESIÆ, *impotentia exercendi motus voluntati ſubjectos.*

CCLXXI. MUTITAS, voces articulatas edendi impotentia.

CCLXXII. APHONIA, plenaria vocis ſuppreſſio citra ſtuporem, & ſyncopen.

CCLXXIII. PSELLISMUS, quaſdam ſyllabas pronunciandi impotentia.

CCLXXIV. PARAPHONIA; vocem ſolitam edendi impotentia, difficultas.

CCLXXV. PARALYSIS, motus aut tactus vel utriuſque in alterutro latere debilitas cum laxitate.

CCLXXVI. HEMIPLEGIA, debilitas motus aut tactus, vel utriuſque in alterutro latere, dextro, vel ſiniſtro, tantum.

CCLXXVII. PARAPLEXIA, debilitas motus ac tactus in utroque latere corporis infra caput.

ORDO IV. LEIPOPSYCHIÆ, *motuum viriumque vitalium debilitas.*

CCLXXVIII. ASTHENIA, totius corporis gradaria ſeu ſucceſſiva debilitas ſenſibus integris.

CCLXXIX. LIPOTHYMIA, virium muſcularium totius corporis ſubitanea imminutio pulſu ſuperſtite.

CCLXXX. SYNCOPE, motuum vitalium subitanea debilitas cum frigore, pallore, sensuumque obscuratione: u. pulsus, &c.

CCLXXXI. ASPHYXIA, omnium motuum & sensuum apparens cessatio, mortem ipsam referens.

ORDO V. COMATA, *morbi soporosi, omnium actionum feriationes.*

CCLXXXII. CATALEPSIS, status soporosus cum artuum flexilitate, & ad quosvis novos situs retinendos aptitudine: *facies rubet, oculi fixi, aperti, sudor frigidus, respiratio parva, lenta: quinquies vidi hunc morbum in mulieribus, & ultimatim summo cum dolore in pie defuncta mea uxore.*

CCLXXXIII. ECSTASIS, status soporosus a gravi pathemate subito ortus, ægrum in eodem situ, quo prehensus est retinens, sine aptitudine cataleptica.

CCLXXXIV. TYPHOMANIA, status soporosus facile excitabilis, sed illico rediens, cum frequenti mussitatione, seu somnio, & vividitate imaginationis & memoriæ; *est coma vigil.*

CCLXXXV. LETHARGUS, status soporosus facile excitabilis cum summo imaginationis & memoriæ torpore, & febre.

CCLXXXVI. CATAPHORA, status somnolentus facile excitabilis sine febre, delirio, ac oblivione: *vidi hunc semel & curavi morbum Caffeæ infuso & chocolata, prævia venæ sectione.*

CCLXXXVII. CARUS, est sopor profundus sine stertore, seu est levis apoplexia, quam sese curasse fortem jactant minus versati Medici, dum carum curarunt.

CCLXXXVIII.

CCLXXXVIII. Apoplexia, eſt ſopor profundiſſimus cum ſtertore, vel ſonora reſpiratione; pulſu plerumque fortiore, rubedine faciei.

CLASSIS X.

GENERUM CHARACTERES.

PHLEGMASIAE.

Character Claſſis: febris cum pulſu duro, dolore topico; inflammatione alicujus partis, ſanguine cruſta inflammatoria tecto.

ORDO I. Phlegmasiæ *membranaceæ.*

CCLXXXIX. Phrenitis, dolor capitis, delirium audax; vis artuum, pulſuſque major; pyrexia acuta.

CCXC. Paraphrenesis, ſymptomata phrenitidis cum ſymptomatibus peripneumoniæ: *piæ memoriæ Dominus Prælatus de Hennet Zarenſis laboravit peripneumonia & inflammatione diaphragmatis cum lethargo.*

CCXCI. Pleuritis, dolor lateris ſeu pectoris, reſpiratio & pulſus frequens, tuſſis; *R^mus. P. Norbertus Zarenſis ex dorſali pleuritide periit.*

CCXCII. Gastritis, dolor epigaſtrii, nauſea, febris typhodes, vel remittens maligna.

CCXCIII. Enteritis, dolor circa umbilicum vehemens, cum meteoriſmo, pyrexia acuta, ileo, vel dyſenteria.

CCXCIV. Epiploitis, dolor circa hypogaſtrium & umbilicum juxta epiploi extenſionem, pyrexia mitior, canalis inteſtinalis ſat liber, & pervius, tumor ſub integumentis obſervabilis.

CCXCV.

CCXCV. METRITIS, dolor & tumor in regione & extensione uteri; ac lumbis & inguinibus cum febre plerumque remittente.

CCXCVI. CYSTITIS, dolor, tumor, hypogastrii tensio cum dysuria, vel ischuria, ac febre.

ORDO II. PARENCHYMATOSÆ *phlegmasiæ.*

CCXCVII. MYOSITIS, febris acuta, dolores in diversis musculis artuum diu noctuque discruciantes; sanguis in patella est tectus gelatina alba: *vulgo rheumatismus acutus.*

CCXCVIII. CYNANCHE, dolor gutturis cum dyspnœa strangulante, dysphagia, pyrexia acuta, & inflammatione gutturis.

CCXCIX. CARDITIS, dolor sub sterno, pulsus inæqualis, frequens; palpitatio, cardialgia; cordis anxietas.

CCC. PERIPNEUMONIA, pyrexia acuta, dyspnœa gravis, sensus oppressionis gravativæ sub sterno, tussis cruenta, pulsus mollis ad finem.

CCCI. CEPHALITIS, febris acuta cum delirio somnolento, carphologia, asthenia.

CCCII. HEPATITIS, dolor, tensio, calor in regione hepatis cum pondere, tussi sicca, respiratione difficili, pyrexia plerumque amphimerina.

CCCIII. SPLENITIS, dolor, tumor in regione lienis, tactum vix tolerans cum febre remittente.

CCCIV. NEPHRITIS, dolor acutus in regione renum juxta ureteres in vesicam directus cum febre acuta, dysuria, ischuria, &c.

CCCV. PHLEGMONE, inflammatio partis externæ, febris inflammatoria, dolor partis inflammatorius, sanguis crusta inflammatoria tectus.

CLAS-

CLASSIS XI.

GENERUM CHARACTERES.

FEBRES.

Character Classis: pulsus frequens, fortisve, respiratio aucta viribus artuum minutis; vel est virium vitalium augmentum, vel saltem in eodem statu perseveratio viribus artuum notabiliter minutis.

ORDO I. CONTINUÆ *febres.*

CCCVI. EPHEMERA, decursus 4. dierum ad summum; vigor morbi illico, virium artuum non magna imminutio, pulsus illico unus ex criticis Ill. Bordeu: *in pulsibus hujus Autoris me exerceo attentissimus, & invenio ex semiotica haud esse proscribendos; quamvis subinde fallant, secus, si ita procedere vellemus, tota semiotica eradi deberet; omne enim signum erroribus subjectum est. Quod pace summi viri Ant. de Haen dixerim de praxi medica benemeriti, & Professoris mei æternum venerandi.*

CCCVII. HEBDOMADARIA, decursus 7 dierum, incrementum successivum, degeneratio major humorum, virium artuum debilitas, pulsus ab initio irritationis.

CCCVIII. DECATESSERA, decursus intra 14 vel 20 & unam diem, pyrexia major, pulsus irritationis, lentum incrementum, virium artuum debilitas magna.

CCCIX. TYPHUS, decursus ultra 20 & unam diem, pyrexia nulla, vel exigua in pulsu, debilitas maxima artuum: *pulsus & urina bona, & æger moritur.*

CCCX. HECTICA, decursus ultra mensem, pyrexia exigua, debilitas parva.

ORDO II. REMITTENTES *febres.*

CCCXI. AMPHIMERINA, remiſſio quotidianæ typum ſervans, frigus in paroxyſmis.

CCCXII. TRITÆOPHIA, remiſſionis typus tertianæ, frigus fere nullum.

CCCXIII. TETARTOPHIA, remiſſio 4tanæ typum habet.

ORDO III. INTERMITTENTES *febres perfectæ.*

CCCXIV. QUOTIDIANA, acceſſus ſimiles quolibet die accedunt, & recedunt.

CCCXV. TERTIANA, acceſſus ſimiles alternis diebus revertuntur, & recedunt.

CCCXVI. QUARTANA, acceſſus ſimiles duobus interpoſitis diebus redeunt, & abeunt.

CCCXVII. ERRATICA, acceſſus ſimiles diſtantes ab invicem pluribus quam duabus diebus; vel incerti ſunt acceſſus.

CLASSIS XII.

GENERUM CHARACTERES.

VESANIAE.

Character Claſſis: eſt morbus animi, ſeu error in imaginatione, appetitu, aut judicio.

ORDO I. HALLUCINATIONES, *imaginationes deceptivæ ex errore organi natæ.*

CCCXVIII. VERTIGO, apparens objectorum vacillatio, ſeu nutatio.

CCCXIX. SUFFUSIO, objectorum, quæ non ſunt, viſio imaginaria.

CCCXX. DIPLOPIA, hallucinatio, qua idem objectum multiplicatum apparet.

CCCXXI.

CCCXXI. SYRIGMUS, auditio imaginaria ſoni, cujus nullum eſt extra aures principium.

CCCXXII. HYPOCHONDRIASIS, morbus diuturnus, quo affectus ſe in mortis periculo verſari ex ructu, palpitatione, aliiſque levidenſibus malis imaginatur; *vel eſt hallucinatio circa propriam valetudinem nata ex philautia, ſalvo ratiocinio de reliquis.*

CCCXXIII. SOMNAMBULISMUS, hallucinatio, qua ſomniantes è lecto ſurgunt, ſeque diverſis periculis exponunt.

ORDO II. MOROSITATES, *cupiditates aut averſationes depravatæ.*

CCCXXIV. PICA, alimentorum inaſſuetorum & indigeſtibilium appetitus cum aſſuetorum averſatione.

CCCXXV. BULIMIA, appetitus eſculentorum copiæ majoris, quam digeri poteſt.

CCCXXVI. POLYDIPSIA, appetitus majoris ſolito copiæ potulentorum.

CCCXXVII. ANTIPATHIA, quorundam objectorum tanta averſatio, ut ex eorum viſu, vel olfactu æger gravia ſymptomata patiatur.

CCCXXVIII. NOSTALGIA, parentum, patriæ tanta cupiditas, ut hac non expleta æger gravi morbo decumbat, totus langueat, conſumatur: *Carniolis patriotis meis innatus morbus; junior Criſii ipſe hocce malo laboravi; anima vix corpori adhæret, commercium hujus cum corpore fere eſt ſublatum.*

CCCXXIX. PANOPHOBIA, ſummus pavor inter dormiendum ſine cauſſa evidenti.

CCCXXX. SATYRIASIS, effrænis, impudenſque veneris cupiditas in viris cum libidinoſa penis tentigine.

CCCXXXI. Nymphomania, est effrænis in fœminis veneris cupiditas: *duas jam metritide laborantes tractandas habui matronas, quæ simul ex furenti nymphomania quosquos mares ad coitum faciendum cogebant.*

CCCXXXII. Tarantismus, est effrænis choreas agendi, saltandi, cupiditas.

CCCXXXIII. Hydrophobia, est effrænis potulentorum aversatio, sæpius à morsu animalis rabidi: *uxor mea pie defuncta puerpera decumbens ex metritide typhode, persæpe recurrente catalepsi, simul furens hydrophobica erat. An Rabies distinctum sit genus, ut Ill. Carolus Linnæus constituit?*

ORDO III. Deliria, *insomnia mentis judicantis à cerebri vitio.*

CCCXXXIV. Paraphrosyne, delirium fugax, à veneno, aut altero morbo dependens.

CCCXXXV. Amentia, delirium universale mite, sine furore & audacia cum morbo diuturno.

CCCXXXVI. Melancholia, delirium particulare mite cum mœrore, ac morbo diuturno.

CCCXXXVII. Mania, delirium universale cum furore, vel audacia, & morbo diuturno, ordinario sine omni febre notabili.

CCCXXXVIII. Dæmonomania, delirium melancholicum, quod vulgo diaboli potentiæ tribuitur.

ORDO IV. Anomalæ *vesaniæ prioribus affines.*

CCCXXXIX. Amnesia, omnis memoriæ feriatio.

CCCXL. Agrypnia, pervigilium continuum.

Summa igitur Generum est 340. *in hoc systemate symptomatico; in ultima vero editione* Ill. de Sauvages 315. *constituerat; addidi ergo genera* 25.

INDEX

INDEX

GENERUM.

Littera S. denotat *Sauvages*. L. *Linnæum*. V. *Vogelium*. C. *Cullenium* & Sag. *Sagar*.

Con-

Ecthyma-

F.

G.

H.

Hydro-

O.

O.

P.

Pso-

Seli-

T.

INDEX
SPECIERUM.
Quae ſub nominibus genericis non inveniuntur.

Numerus denotat Genus Culleni ubi indicantur.

E.

FINIS INDICUM.